Deipser. De P. Papinio statio Vergilii et Ovidii imitatore

[illegible] Herrn Prof. Dr. Rohde [illegible] d. Verf.

DE P. PAPINIO STATIO VERGILII ET OVIDII IMITATORE.

ACCEDIT APPENDIX CRITICA.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

BERNHARDUS DEIPSER

EISFELDENSIS.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXXI.

Guben d. 19. X. 81.

Hochgeehrter Herr Professor u. Lehrer

Als einer Ihrer letzten Schüler in Jena mit Ihnen dankbarst verpflichtet für die Anregung namentlich auf dem Gebiete, das meine Schrift behandelt, erlaube ich mir ergebenst, Ihnen meine Dissertation zuzusenden und würde sehr erfreut sein, wenn das Product Ihres einstigen Schülers Ihren Beifall hätte.

Dankbarst
Dr. Bernh. [illegible]

[illegible]eben
[illegible]rat 32.

ANTONIO DEIPSER

FRATRI CARISSIMO

D. D.

AUCTOR

PROOEMIUM.

. . nec tu divinam Aeneida tenta,
Sed longe sequere, et vestigia semper adora.
Stat. Theb. XII, 816.

His quibus Statius Thebaida ad finem perductam alloquitur verbis, quod se non assecutum esse aperte confitetur, Aeneida sibi imitandam proposuisse ipse leviter significat. ubi et quanta in existimatione et admiratione illud Vergilii carmen habeat prodit et, quantum intersit inter Thebaida et Aeneida haud ignarus, idem tamen fore ut aliquem Thebais locum post Aeneida obtineat, sperat. atque plurimum suo carmini tribuere Statium satis demonstratur verbis his, quae extrema sunt carminis:

Mox tibi (sc. Thebaidi), *si quis adhuc praetendit nubila livor,*
Occidet, et meriti post me referentur honores.

multo audacius autem Thebaidos virtutem praedicat Silv. IV, 7, 27:

Tentat (sc. Thebais) *audaci fide Mantuanae*
Gaudia famae.

et liberrime rationem quae inter ipsum et poetam Mantuanum intercedit explicat Silv. IV, 4, 55:

. . Maroniique sedens in margine templi
Sumo animum et magni tumulis adcanto magistri.[1])

Atque etiamsi disertae confessiones imitationis non exstarent, tamen Statium imitatum esse Vergilium coniectura sumere possemus. cuius Aeneis cum tantum apud Romanos valuerit, ut ab iis princeps poetici sermonis atque artis epicae Romanae signifer haberetur, posterioris aetatis poetas, qui idem carminum genus coluerunt, ut probarentur a Romanis, illius rationem plus minusve secutos esse consentaneum est. quin etiam permulti sunt, qui, qua auctoritate Homerum apud Graecos, eadem apud Romanos Vergilium fuisse [illegible]nt.

[1]) cf. G. Luehr, de P. Papinio Statio in Silvis poetarum Romanorum imitatore. Brunsbergae 1880. p. 28.

Neque tamen in eo vertitur rei cardo, ut sciamus Statium imitatum esse Vergilium vel Ovidium — Ovidius enim inter exempla epicorum poetarum posteriorum secundo loco post Vergilium censetur, — sed ut perspiciamus, quomodo imitatus sit. aliquantum enim interest, utrum nonnullae sententiae, locutiones, fabulae, descriptiones in utriusque poetae carminibus similes reperiantur, an eadem ars epica, idem genus dicendi, eaedem hominum locorumque descriptiones, eadem fere argumenta poetis sint; atqui et haec et illa ratio, quamvis longe inter se distent, appellatur imitatio.

Gravissimum vero esse censeo de imitatione poetarum diligenter quaerere; qua quaestione instituta, quomodo processerit cum reliqua poesis Romana tum epica, utrum perducta sit ad maiorem perfectionem an delapsa ad interitum, cognoscere licet. deinde eam rem summi momenti esse arbitror quanti aestimandus sit poeta aliquis quaerentibus: nimirum tum demum suam cuique poetae dignitatem tribuere possumus, si de exemplis, quae secutus est, omnia nobis explorata sunt. atque cum Statius, quem omnibus fere temporibus etiamsi detrectaverunt, tamen non contempserunt viri docti, dignus sit, quem pernoscamus et tanti quanti meretur aestimemus, ipse negotium, quod quantum sit haud nescio, suscepi, ut exempla Statii illustrarem indeque, quibus in rebus progressus esset, ostenderem. Nec vero solum ut recte existimemus de poeta, sed etiam ad textum corruptum restituendum ea, quae tractaturus sum, non leuiculi momenti sunt. sunt quidem alii,[1] qui in emendanda Thebaide allitterationem et vocalium concentum maxime respiciant: quibus interdum accidit, ut non corrupta corrigant, sed poetam ipsum emendent;[2] alii, qui coniecturis id maxime petant, ut omnia, quae aliquid miri et obscuri habent vel habere videntur, removeant, de ingenio poetae securi; alii aliis rationibus ducuntur. quae omnia licet non peruersa sint, tamen nisi poetam ipsum eius-

[1]) Quorum in numero Henricus Koestlin (Philol. XXVII. p. 277 —292) non satis intellexisse mihi videtur, Thebaida non esse populare quod dicimus carmen.

[2]) ita Koestlin l. c. pag. 283.

que ingenium perspicere studemus, ut poetae carmina auxilio poetae ipsius restituamus, rectam viam emendandi nos persequi nego. atque haec inprimis pertinere ad Statium apparet ex iudicio optimo, quod fecit de eo Hauptius opusc. III, 128:

Aber auch wo wir der überlieferung sicher sind, wird in des Statius gedichten die kritik dadurch erschwert, dass sich oft nicht mit sicherheit bestimmen lässt, was man dieser poesie zutrauen darf: so sehr gefällt sich der begabte aber wenig bedachtsame dichter in verwegener steigerung der überkommenen dichtersprache, in ermüdender redseligkeit und dazwischen in übermässig zusammengedrängter dunkler kürze; das bestreben den ererbten redeformen neuen reiz zu verschaffen wird so wenig durch sicheres gefühl geleitet als vergütet durch gedankentiefe wie in der prosa des Tacitus. oft also ist es leicht zu sagen, was ein einfacherer und massvollerer dichter gesetzt hätte, aber zweifelhaft bleibt es, ob nicht doch von Statius herrührt das befremdliche, das die handschriften bieten.

Praeterea autem nonnullis locis, de quibus posteriore in parte huius opusculi quaesiturus sum, ratio emendandi ex iis quae secutus est exemplis facile elucet.

Quae cum ita sint, quaestionem de imitatione Papiniana institui. neque tamen fieri potuit, ut omnia omnium carminum Statii exempla illustrarem. quod negotium quamquam, ut totam rem absolverem, necessarium fuit, tamen latius patet, quam ut nunc subire possim. hanc ob causam, quae reliqua esse volui, posteriore aetate, si valetudo firma erit, adiciam; nunc ut, quod caput est huius quaestionis, peragerem, Thebaida Statii cum Vergilii et Ovidii carminibus conferre mihi proposui. sane Thebaida et maximum huius poetae opus esse et, praeter Vergilium, Ovidium plurimum ad posteriores poetas pertinuisse nota res est.

Quamquam in eiusmodi quaestione non solum difficile est, quae casu, quae certo consilio consentiant, recte discernere, sed etiam, cum carmina Vergilii et Ovidii pervulgata fuerint, multis in rebus, quae imitationem docere videntur, dubium est, utrum usum omnium an illa exempla ipsa secutus sit

poeta. Altera ex parte multa sunt, quae si singillatim spectaveris, exigua esse neque quicquam ad rem probandam conferre videntur: quae si conectuntur et cumulantur, auctoritatem non parvam habent.

Quas ob causas, si nimis multa, quibus imitationem demonstrem, attulisse videar, venia mihi erit.

His monitis ut propositum peragam, hanc inibo rationem, ut primum ea comparem, quae spectant ad genus dicendi, deinde Statium et Vergilium Ovidiumve in dispositione carminum et hominum rerumque descriptione et sententiis saepius consentire doceam, tum de apparatu mythologico, qui ubique fere idem est, disseram, post de comparationibus epicis, denique de versuum particulis, quas hi poetae communes habent, verba faciam.[1]) in quo nonnulla, quae, prout percipiuntur, ob plures causas ad imitationem illustrandam pertinent, iterum vel tertium afferam opus est. nam exempli causa versuum clausulae non solum ipsae magni momenti sunt, sed etiam, ubi de descriptionibus agitur, respiciendae sunt; et in substantivis, adiectivis, verbis tractandis saepius idem fit.

Quae adhuc ab aliis prolata sunt de hac re, quam aggressus sum, non multum valent. initium recte fecit Otto Mueller neque quisquam hucusque eum secutus est. is cum in editione VI librorum Thebaidos (Lipsiae 1870) gravissima imitationis Statianae exempla congesserit, fundamentum huius quaestionis posuit; sed cum multa neglexerit neque quae tractavit, conexa sint inter se, et intra sex libros substiterit, actum agere non vereor, si, ut rem perficiam, hanc quaestionem denuo instituam. praeter hanc editionem adhibui eam, quae curata est Parisiis 1824—27 auctoribus I. A. Amar et Lemaire, in qua nonnulla insunt, quae huc spectent. sed hae editiones Lemairianae quam sublesta fide insignes sint, satis notum est. denique respicienda erat appendix Aeneidos editioni Ottonis Ribbeckii adiecta a Woldemaro Ribbeck, qua continentur auctores et imitatores P. Vergilii Maronis. quae praeterea in meum usum converti, suo loco commemorabuntur.

[1]) In versibus citandis his usus sum editionibus: P. Vergilii Maronis opera recensuit Otto Ribbeck Lipsiae 1859—1868. P. Ovidius Naso ex recognitione Rudolphi Merkelii Lipsiae 1851.

LIB. I.

DE NOMINIBUS ET VERBIS EORUMQUE CONIUNCTIONE.

Cap. I.

De adiectivis.

§ 1. Ad quaestionem ipsam accessurus primum agam de dictione Statii ita, ut ordiar ab adiectivis atque iis, quae cum primum Vergilius vel Ovidius usurpasse videantur, ab eis Statium mutuatum esse subnascitur suspicio. sunt autem haec [1]:

limen inremeabile I, 96: inremeabilis undae a. VI, 425. | revocabile verbum I, 291: revocabile telum m. VI, 264. | inpastae aves I, 625. inpasta parens VI, 192: leo inpastus a. IX, 339. | desolata tecta I, 654: desolatas terras m. I, 349. | infrenos Argos II, 180: infreni Numidae a. IV, 41. | pater bicornis (Inachus) II, 217: Rhenus bicornis a. VIII, 727. Fauni bicornes ep. IV, 49. f. V, 99. | squamea colla II, 414: squamea terga g. III, 426. a. II, 218. | trieterica nox (τριετηρικός) II, 661: trieterica orgia a. IV, 302. trieterica sacra m. VI, 587. | magniloquos flatus III, 192: magniloquo ore m. VIII, 396. | inperdita pectora III, 85: inperdita corpora a. X, 430. | hasta stridula IV, 7: cornus (= hasta) stridula a. XII, 267. | oliviferae Sicyonis IV, 50: oliviferae Mutuscae a. VII, 711. oliviferis arvis f. III, 151. | volnifico ense IV, 87: volnificus chalyps a.

---

[1]) numeri soli litteris non additis significant versus Thebaidos Papinianae; in reliquis locis citandis omisi nomina Vergilii et Ovidii, cum res sit aperta; litteris a. Aeneidem, g. Georgica, e. Eclogas, m. Metamorphoses, am. Amores, med. librum de medicamine faciei, art. art[illegible] amatoriam, r. remedia amoris, ep. epistolas, f. fastos, p. ex Ponto, Tristia, c. culicem notavi.

VIII, 446. | primaevae coniugis IV, 354: primaevo flore a. VII, 162. | Boeotis urbibus (*Βοιωτός*) IV, 360: Boeotum Oriona f. V, 493. tellus Boeota m. XII, 9. | trifidam' pinum (= fax) IV, 380: trifida flamma m. II, 325. | semineces fibras IV, 466. semineces lupos IV, 660. illi semineces VII, 764: quem seminecem a. V, 275. semineces multos a. XII, 329. seminecis viros a. IX, 455. semineces artus m. I, 228. | armiferos Getas IV, 654: armiferos Lelegas m. IX, 645. | biforem tumultum IV 668: biforem cantum a. IX, 618. | ineluctabilis umbra V, 45. ineluctabilis palus IX, 390: ineluctabile tempus a. II, 324. ineluctabile fatum a. VIII, 334. | conubialia vincla V, 112: conubialia iura ep. VI, 41. | aequaevum Cydimon V, 226: aequaevum regem a. II, 561. aequaevum amicum a. V, 452. | fremebunda quies V, 244: fremebundus m. XII, 128. | nullis violabilis armis V, 258: non violabile numen a. II, 154. | Pelias pinus (hasta) V, 336: Pelias hasta ep. III, 126. | laboriferos currus VI, 25: laboriferi Herculis m. IX, 285. | imbrifer arcus VII, 427: imbriferum ver g. I, 313. | nubiferum latus VII, 744: nubifer Appenninus m. II, 226. nubiferis notis ep. III, 58. | fumiferam lampada VIII, 467: fumiferam noctem a. VIII, 255. fumiferos ignis a. IX, 522. | navifragis saxis V, 415: navifragum Scylaceum a. III, 553. navifragum fretum m. XIV, 6. | onus inlaetabile V, 633: inlaetabilis ora a. III, 707. inlaetabile murmur a. XII, 619. | inopina gaudia V, 711: inopina quies a. V, 857. inopina fors a. VIII, 476. | vipereo nexu VI, 8: vipereos dentes m. III, 103. vipereis nodis m. IV, 491. | praesagus Arion VI, 424. sacra praesaga VIII, 335: praesaga pectora m. X, 444. praesaga mens a. X, 843. praesagi fulminis a. X, 177. | anguicomam effigiem VI, 495. anguicomae sorores XII, 647: anguicomae Gorgonis m. IV, 699. | necopino fine VI, 592. necopinus VI, 888: necopina morte m. I, 224. | iaculabile pondus VI, 658: telum iaculabile m. VII, 680. | domus inmansueta VII, 42: ille inmansuetusque m. IV, 237. inmansuetique Cyclopis m. XIV, 249. | honor exequialis VII, 90: exequialia carmina m. XIV, 430. | circumsona Thisbe VII, 261: turba circumsona m. IV, 723. | adcommoda castris arva VII, 441: valles adcommoda fraudi a. XI, 522. | indigesta copia VII, 619: indigesta moles m. I, 7. | mystica lampas VIII, 766: mystica vannus g. I, 166. | flumineam ulmum IX, 266: flumineae volucres m. II, 253. flumineam ulvam f. V, 519. | ruricolamque Gyan IX, 305: ruricolasque boves m. V, 479. ruricolaeque Phryges m. XI, 91. | soporifero flore X, 107. soporiferae nocti X, 326. soporiferas per umbras XII, 291: soporiferumque papaver a. IV, 486. | sceptriferae Iunonis X, 51. sceptriferi Laii XI, 636: sceptriferas manus f. VI, 480. | lunata monilia IX, 689: lunatis peltis a. I, 490. | Tegee indefessa XI, 177: indefessa a. XI, 651. indefessus m. IX, 199. | coniugialia funera XII, 158: coniugialia festa m. V, 3. coniugialia iura m. VI, 536.

§ 2. Sequuntur ea adiectiva, quorum in constructione hi poetae inter se consentiunt, quae adiectiva primum a Vergilio vel Ovidio hoc modo constructa sunt:

egregius fati mentisque III, 99: egregius animi a. XI, 417. | fessum bellique viaeque III, 395: fessi rerum a. I, 178. | belli laetus IV, 841. laetus dolorum V, 118: laborum laeta a. XI, 73. | quis unda concolor V, 366. concolor est albis et cassis et infula cristis VI, 331: concolor illis unda m. XI, 500. populus festo suo concolor f. I, 80. | certa malorum V, 545. certus necis VII, 699: certus eundi a. IV, 554. | operum fidens VI, 678: fidens animi a. II, 61. | maris secura iuventus VIII, 268. secura vadi XII, 235: securi pelagi atque mei a. VII, 304. securus amorum a. I, 350. | haud dubium fati VIII, 588: nec animi dubius g. III, 289. | potens scelerum XI, 57: tempestatum potentem a. I, 80. | manus apta legi III, 306: forma apta premi am. I, 5, 20. aetas apta regi art. I, 10. ficus apta legi f. II, 254. | bonus disco contendere VI, 828: boni ambo, tu calamos inflare leves, ego dicere versus e. V, 1. | certusque mori III, 378: certa mori m. X, 428.

§ 3. Transeamus ad ea adiectiva, quorum significationes, quoniam ante Vergilium vel Ovidium nunquam, postea rarissime leguntur, ab eis sumpsisse Statium verisimile est. ac primum enumerentur adiectiva translata:

malignis vadis I, 374. malignis faucibus II, 499: aditus maligni a. XI, 525. | vocis amarae I, 450. sonitu amaro X, 553. amarum Astaciden VIII, 725: hostis amare a. X, 900. dictis amaris a. X, 368. 591. | superbis stratis I, 525. superbis tholis II, 734: foribus superbis a. VIII, 196. superbis postibus a. VIII, 721. ostro superbo a. I, 639. | ignea corda fremunt II, 411. igneus Aethion VI, 465. ignea (celerrima) crura VI, 592. circumvolat igneus arcu IX, 736: volat igneus aequore Tarchon a. XI, 746. | fulmineus Dorylas (fulminis instar) II, 571. fulmineus Tydeus IV, 94: fulmineus Mnestheus a. IX, 812. | ardentes (fulgentes) tubas II, 718: ardentem clipeum a. X, 262. ardentis clipeos a. II, 734. | ardens (inflammatus) Arcas V, 556: ardentis Marte Latinos a. X, 237. | dulces Thebas IV, [illegible] dulces Argos a. X, 782. | silva intonsae frondis IV, 420. [illegible] cacumina VI, 105: quercus intonsa a. IX, 681. intonsi montes [illegible] 63. | comanti (crinitus) humo V, 502: comans narcissus g. I[illegible] arma maesta V, 353: maestum ebur g. I, 480. maestae [illegible] 64. | florentes lumine postes I, 210. florentes igne zmar[illegible] 276: florentis aere catervas a. VII, 804. [illegible] 433. | infi[illegible] VIII, 131: infida terra tr. IV, 4, 60. | fe[illegible] robore silvas [illegible] felicis erue silvas g. IV, 329. | ramosa [illegible] capita habe[illegible]

Oebalius = **Spartanus** (ab Oebalo rege Spartae). Oebalio magistro VI, 822. Oebalii caestus VII, 21. Oebalias turmas VIII, 429. Oebalio murice IX, 690. Oebalios equos VI, 326: Oebalio de vulnere m. XIII, 396.

Massylus = **Africanus** (quod Massyli sunt gens Africae). Massylo sub hoste V, 332: Massyli equites a. IV, 132.

Ephyraeus = **Corinthius**. Ephyraeo in litore VI, 253: Ephyraeae Creüsae art. I, 335.

Haec sunt adiectiva, quorum usum Statianum proxime accedere arbitrer ad Vergilium et Ovidium. atque quamquam sunt, quae dubites utrum ab his poetis an ex usitato doctorum hominum sermone poetico hausta sint, tamen in plurimis imitatio est aperta.

Cap. II.

De substantivis.

§ 1. Tractaturus substantiva, quae eodem quo Vergilius et Ovidius modo adhibuit Statius, primum de iis disseram, quae ab illis primis usurpata hic in Thebaida transtulit.

ferrea suta IV, 131. aerea suta III, 585: aerea suta a. X, 313. corytus (= pharetra) IX, 730. VII, 660: a. X, 169. tr. V, 7, 15. | semivir VI, 821: a. IV, 215 | sedilia VI, 449: a. I, 167. V, 837. | currus moderamine liber VI, 506. moderamina clavi X, 183: moderamen equorum m. II, 48. cf. m. VI, 677. XV, 726. | medio affatu X, 151: ambire affatu a. IV, 284. | ausis sera ira V, 689: pro talibus ausis a. II, 535. magnis ausis m. II, 328. | virent stramina VI, 56: flavescunt stramina m. VIII, 701. | insomnia V, 543: a. VI, 896. tr. III, 8, 27. | pyra (= rogus) V, 314. pyras IV, 465: pyra a. VI, 215. pyras a. XI, 185. f. II, 534. | regum gestamina V, 315: Priami gestamen a. VII, 246. | munimina VII, 446: munimen g. II, 352. | bipennis VIII, 488: a. II, 479. | molares (= saxa) VIII, 711: molaribus instat a. VIII, 250. | olor VIII, 676: e. IX, 36. | debellatorque cruenti gurgitis IX, 545: debellatorque ferarum a. VII, 651. | chalybum subtemine IV, 174: chalybs a. VIII, 446. cf. chalybeïa massa f. IV, 405. | napaeas IV, 255 (= nym-

phas): g. IV, 535. | quadriiugos VII, 310: m. II, 168. | rosaria VII, 223: g. IV, 119. | siccis lupatis IV, 730: duris lupatis g. III, 208.

§ 2. Sequitur ut videamus de iis substantivis, quae, quod easdem quas in Vergilii et Ovidii carminibus atque primum in his carminibus significationes habent in Thebaide, ab illorum exemplo et imitatione derivasse Statium puto. primum huc referenda sunt ea, quae proprie materiam, sed constricta quasi significatione res, quae ex materia fabricatae sunt, notant:

buxus = tibia buxea; II, 77. VIII, 222. IX, 480: a. IX, 619. m. IV, 30. m. XII, 158. p. I, 1, 45. | pinus = pinea hasta; Pelethroniam pinum II, 598: Etruscam pinum a. IX, 521. | pinus = pinea navis; pinus Thessala III, 518. Pelias pinus V, 337: a. X, 206. m. XIV, 248. XI, 456. XIV, 88. | pinus = fax; pinum disiectat IV, 381: pinu flagranti a. IX, 72. | alnus = alnea navis; III, 23. IV, 479. V, 370. VIII, 270. IX, 308. X, 13: g. I, 136. II, 451. | cornus = hasta; Theumesia cornus II, 624. cornu Achiva VII, 647: Itala cornus a. IX, 698. stridula cornus a. XII, 267. | cornu = arcus; Gortynia cornua III, 588. curvato cornu IV, 325. cornua VI, 931: flexile cornum m. V, 383. cornu curvo a. VII, 497. spicula torquebat Lycio Gortynia cornu a. XI, 773. | arundo = arundinea sagitta; Cydonea arundine IV, 269. arundine certa VIII, 660. cf. VI, 354. IX, 745: letalis arundo a. IV, 73. volucri arundine a. V, 544. cf. a. VII, 499. V, 525. | robur = clava; IV, 163. robora IV, 64. VI, 539: robur a. VIII, 221. m. XII, 349. | aera = tympana; V, 730. VIII, 221: f. IV, 212. | terga bubula = clipeus ex coriis factus; quattuor indomitis erepta iuvencis terga IV, 166: terga novena boum m. XII, 97. | ebur = eburnea statua; Iunonis ebur VII, 419. cf. X, 66: g. I, 480. | fraxinus = hasta fraxinea; VIII, 717. VI, 103: m. V, 143.

Accedunt substantiva ea, quae ita res notant, ut pars ponatur pro toto vel species pro genere:

axis = currus; II, 724. IV, 244. VI, 285. 321. 508. VII, 763. X, 479: m. II, 59. 148. | axis = caelum (semper in singulari numero) III, 112. V, 86. VII, 200. VIII, 372: a. IV, 482. II, 512. m. I, 255. | polus = caelum (in singulari et pl[illegible]li numero) II, 23. III, 658. V, 291: f. I, 654. a. III, 586. | [illegible] = currus (semper in plurali numero) VI, 284: g. III, [illegible]70. a. XII, 533. | limen = domus; II, 65: a. I, 389. VII [illegible] limina = templum; VIII, 200: a. II, 366. | prorae = [illegible] XII, 624: a. X, 223. m. XIV, 164. | Avernus = Tart[illegible] 12: a. VI, 126. | Tempe = vallis amoe[illegible] I, 485. [illegible] II, 469. |

zephyri = ventus (semper in plurali numero) VII, 338. VIII, 717: a. IV, 562. X, 103. | notus = ventus (in singulari et plurali numero) III, 486. IV, 315: a. I, 575. III, 268. VI, 355.

E contrario haec substantiva totum pro parte vel genus pro specie significant:

silvae = arbores; fractisque silvis II, 248. ingentes silvas IX, 590. silvarumque comas III, 257. bracchia silvarum I, 362: silvarumque aliae g. II, 26. m. IV, 778. | annus horrens (= hiems) IV, 1: frigidus annus a. VI, 311.

Ultra quam quod imitabatur exemplum progressus est Statius:

tigris et taurus = pellis tigris et tauri; quem tigris ambit IX, 686. inanem tigrin VII, 279. tauro insignis avito VII, 279 (cf. VII, 310): intextum tauris opus a. X, 785.

§ 3. Nonnullis locis adiectiva vice funguntur substantivorum ita, ut omissum sit substantivum mare:

Ionium = Ionium mare; ingens Ionium I, 14. magnum Ionium II, 106. per Ionium Libycumque VI, 307: Ionio in magno a. III, 211. | Aegaeum = Aegaeum mare; I, 701. III, 434: a. XII, 366.

§ 4. Agendum est de eis substantivis, quae eodem vel simili modo in his carminibus translata sunt:

umbra = folia et rami; Icaria umbra IV, 655: inducite fontibus umbras e. V, 40. falce premes umbras g. I, 157. pampineas umbras e. VII, 58. | bracchia = rami; bracchia silvarum I, 362: annosaque bracchia (pandit ulmus opaca) a. VI, 282. | comae = folia et rami; silvarumque comas III, 257. silva sternitur comas VI, 91. omnes exuta comas VI, 352: fulva arbor comam m. X, 648. stringe comas g. II, 368. | nox = caecitas; nostramque move noctem IV, 548: sub nocte trahens senectam m. VII, 2. | nubes = turba; nube sub ipsa armorum IV, 840: nubem belli a. X, 809. (cf. Hom. Il. XVII, 243 νέφος πολέμοιο.) | tela = fulgura (βέλη); tela summa poposcerat Iuppiter V, 583. tela ultricia poscit X, 911: f. III, 316. am. II, 5, 52. | silva = copia magna sagittarum; harundineam silvam V, 533: inmanem silvam circumfert tegmine a. X, 887. | vultus = species; belli vultus VIII, 402: salis placidi vultum a. V, 848. | remigium pedum (sc. Hippomedontis) IX, 250: remigium alarum a. VI, 19. | imber atrox (sc. armorum) X, 542: ferreus imber a. XII, 284. | imbres = lacrimae; ora rigantur honestis imbribus II, 235. cf. III, 123: imbre rigante art. I, 532. cf. tr. I, 3, 18. | sanguineos rivos XI, 266: sanguinis rivos a. XI, 668. | fatorum in cardine summo X, 853: haud tanto cessabit cardine a. I, 672. | cruentis roribus

II, 674: sanguineos rores a. XII, 339. | domus alitis II, 505: domos avium g. II, 209. domus volucrum a. VIII, 235. | flammae = sidera; nulli pervia flammae I, 345: fixae flammae tr. IV, 3, 15. | maritus = mas; stabulique maritum V, 330: pecori dixere maritum g. III, 125. | tergum = summum aequor; summaque terga quati VII. 795: suscitat aequore terga g. I, 97.

§ 5. Addenda sunt ea substantiva appellativa, quae aliquo modo spectant ad rem mythologicam:

barathrum = Tartarus; Tartarei barathri I, 85. inferiore barathro VIII, 15: immane barathrum a. VIII, 245. | extrema iam fila colu (sc. Parcarum, VI, 380: iam vacuo colo am. II, 6, 46. | sorores = Musae VI, 365: m. V, 255. IV, 471. | sorores = Parcae; nigrae sorores VI, 376. pensa sororum VIII, 59: dispensant fata sorores ep. XII, 3. | regia tristis VIII, 80 (sc. in Tartaro): fera regia Ditis m. IV, 438. | bimembris = Centauri; Ossaei bimembres XII, 554: nubigenas bimembris a. VIII, 293. cf. m. XII, 240. 494. XV, 283. | portitor = Charon: Lethaei portitor amnis XII, 559: portitor transire arcuerat m. X, 73. portitor Orci g. IV, 502.

Accedunt ad haec substantiva ea, quae proprie sunt nomina deorum, sed adhibita ad notandas eas res, quas tenent vel tuentur illi dei.

Thetis = mare; Thetis arentes ripas I, 39. cf. V, 709: temptare Thetim e. IV, 32. | Mulciber = ignis; lassusque putres iam Mulciber VI, 234: Mulciber urebat m. XIV, 533. | Nereus = mare; Aegaeo Nereo V, 49. sulcatum Nerea VIII, 230: Nereus circumsonat m. I, 187.

§ 6. Restant substantiva, quae omnino, quod idem in his carminibus valent, ad hanc quaestionem pertinere videntur; quamquam de nonnullis dubitari potest:

conus = conus galeae; IV, 21. 236. VIII, 402. 569. 707. XII, 401: conum insignis galeae a. III, 468. picto cono m. III, 108. | canities = cani crines; canities adsurgere IV, 581. propexa canities II, 97. canitiem impexam III, 138: canitiem [illegible] a. X, 844. canities inculta a. VI, 300. canities hirta m. X, [illegible] mons = saxum; Tyrios accedere montes I, 10: fertur in [illegible] a. XII, 687. | caedes = caesi; propellens caedibus [illegible] caedis acervos a. X, 245. XI, 207. | ignis = fulmen; [illegible], 92. ignem iaculatus VII, 156: clarior ignis a. II, 705. | iu[illegible] equi; III, 413. VI, 391. 481. VII, [illegible] VII, 743. IX, [illegible] 280. m. V, 661. | crates = scutum; [illegible] pectora [illegible]: umbonum cratis a. VII, 633. | iuba [illegible] galeae [illegible]

IV, 130. adornavitque iubam VIII, 167: triplici crinita iuba galea alta a. VII, 785. | iuba = iuba serpentis; perque iubas stantes V, 572. lucentes a fronte iubas II, 280: iubaeque sanguineae a. II, 206. | orbis = scutum; flammeus orbis IV, 132. aereus orbis II, 258. aemulus orbis III, 226: per orbem aere cavum a. X, 783. | orbis = oculus; Gorgoneosque orbes II, 278: gemino lumen ab orbe am. I, 8, 16. inanem luminis orbem m. XIV, 200. | apex = apex galeae; IV, 236. VIII, 369: a. X, 270. XII, 492. | bidentes = oves; IV, 416. III, 457: a. VII, 93. IV, 57. XII, 170. | volnera = volnerantia tela; non mea volnera effugies V, 565: volnera dirigere a. X, 140. | stagna = mare; Aegaea stagna VI, 20: Nerei stagna a. X, 765. cf. a. I, 126. | torus = lectus funebris; VI, 55. 130: a. VI, 220. XI, 66. | lanugo = barba prima; VI, 586. VII, 655: a. X, 324. m. XIII, 754. | flos = barba prima; induxere florem VI, 585: genas vestibat flore iuventas a. VIII, 160. | cavea = spectatores, qui adsunt in cavea; cavea stimulante VI, 654. caveae dissensus I, 423: caveae consessus a. V, 340. cf. a. VIII, 636. | crinis = radius; longumque trahant per nubila crinem VII, 583: crinemque volantia sidera ducunt a. V, 528. | arma = ungues leonis: arma citat VIII, 125. armaque curva IX, 589: arma movet a. XII, 6. | arma = arma navis: immemor armorum magister II, 107: colligere arma a. V, 15. spoliata armis a. VI, 353. | sedes = sepulcrum; sine sedibus umbras XI, 664: sedibus hunc refer suis a. VI, 152. sedibus ossa quierunt a. VI, 328. | armenta = equi; plena armenta viris VIII, 403: bellum haec armenta minantur a. III, 540. | magister = magister navis; magistro obstante IX, 142. magister immemor armorum II, 106: magister hortatur viros a. V, 176. excussa magistro a. VI, 353. | non haec data ianua leti III, 68: patet isti ianua leto a. II, 661. cf. laetitiae ianua clausa p. II, 7, 38.

Quae omnia substantiva quamquam singula aeque atque adiectiva ad imitationem demonstrandam non multum valent, tamen si numerum maximum eorum, in quibus mirum in modum hi poetae consentiunt, respicimus, quanti momenti sint in hac quaestione, intellegimus.

Cap. III.

De substantivis coniunctis cum substantivis vel adiectivis.

Multo gravius imitationis argumentum quam quae adhuc tractata sunt, praebent ea quae nunc exponentur. cum enim, ut saepius dixi, quomodocunque quaestionem institueris, non satis certo constet, quatenus doceant imitationem adiectiva et substantiva sola, cum singula vocabula ad sententiam parum valeant, ex phrasibus quas dicimus, quod si qui de eadem re idem cogitant idemque eodem modo exprimunt casui minime tribui potest, quid de imitatione statuendum sit, multo planius apparere mihi videtur. atque ut omnem dubitationem removeam, non omnes in quibus congruunt hi poetae, quae innumerae sunt, phrases affero, sed nullas nisi quae ab iis solis vel primis adhibitae sunt, quoniam eae ad rem probandam plurimum conferunt, collegi.

§ 1. Primum digni, qui commemorentur, nonnulli loci sunt, ubi mirum in modum eadem substantiva sunt coniuncta.

in gremio vernae telluris IV, 786: optatae gremio telluris a. III, 509. | toros riparum IV, 819: riparumque toros a. VI, 674. | vocis murmura primae VI, 165: parvae murmura vocis m. XII, 49. | voti reus VI, 198 = a. V, 237. | horrore comarum VIII, 389: arrectaeque horrore comae a. IV, 280. a. XII, 868. | vulneris unda (versus clausula) VIII, 749 = a. IX, 700. | teli auctor VIII, 718. IX, 876: teli nec volneris auctor a. IX, 748. | leti nuntius horror IX, 862: fama nuntia leti m. XIV, 726. | †tumor iraque cessit V, 425: tumor omnis et irae concessere a. VIII, 40.[2]) | ambiguo in aestu curarum XII, 686: magno curarum aestu a. VIII, 19. | commercia iungere linguae II, 512 = tr. V, 7, 61. V, 10, 35. III, 11, 9. Lucan. VIII, 348.[3])

§ 2. Tractaturus substantiva cum adiectivis coniuncta ex phrasibus eas primum profero, in quibus, quomodo singulis locis sint intellegenda substantiva, ex adiectivis appositis elucet.

---

[2]) omnes locos, quibus signum crucis † adscriptum est, ad imitationem demonstrandam iam O. Muellerus contulit in editione Thebaidos.

[3]) cf. Luehr. l. l. pag. 50.

sonantia virgulta IV, 469 = a. VI, 704. XII, 522. | impete vasto VII, 585 = m. III, 79. | squalentia ora VI, 31 = m. IV, 656. tr. III, 10, 9. | niger imbribus auster V, 705: nigerrimus auster g. III, 278. | nec inhospita tecta V, 715: nec inhospita tecta m. XV, 15. et inhospita tecta m. I, 218. | iubas equinas VII, 263: iubis equinis m. XII, 88. | inanem currum (sine rectore) VI, 520: curruque haeret inani a. I, 476. currusque inanis a. VI, 651. | comantem galeam IX, 108 = a. II, 391. | cava tympana IX, 800 = m. XII, 481. | cava nubila III, 545. V, 366 = a. IX, 671. | cava flumina (quibus undae nullae aut parvae sunt) IV, 701 = g. IV, 427. | cava tempora I, 418 = m. II, 625. VII, 313. X, 116. XI, 159. XII, 133. | cava sub nocte IV, 478: nox atra cava umbra a. II, 360. | tremulis ululatibus VII, 482 = a. VII, 395. | plangentia agmina V, 652 = a. XI, 145. | ululatibus femineis V, 698. VII, 677: ululatu femineo a. IV, 667. IX, 477. | femineos coetus V, 652 = art. I, 253. | socii sanguinis (affinis) V, 683 = am. II, 14, 32. | poplite succiduo IV, 324 = m. X, 458. | templum nemorale Minervae IV, 288: templum nemorale Dianae art. I, 259. | flaventem comam IV, 262: flaventisque comas a. IV, 590. | curvas aquas V, 374: curvis in aquis f. III, 520. | tacita mente II, 331 = am. I, 4, 23. III, 7, 63. art. I, 602. m. XV, 26. | tacito pectore II, 410. 481 = ep. XIII, 89. art. I, 110. | amica manus IV, 26: amicis manibus m. XI, 565. f. V, 409. | portus linquere amicos III, 24: portus intramus amicos a. V, 57 (cf. Theb. II, 194 prospectet amicam puppis humum). | Eoas opes VI, 60 = art. I, 202. | incaedua silva VI, 90 = am. III, 1, 1. | conscia sidera VI, 241 = a. IX, 429. IV, 519. | conscia virtus VI, 826 = a. V, 455. XII, 668. | perpetuo carmine VII, 289: perpetuum carmen m. I, 4. | fortes lacerti VI, 708 = ep. IX, 59. am. II, 5, 47. | igne trisulco (fulmen) VII, 324: ignibus trisulcis m. II, 848. | fulva iaspide VII, 659 = a. IV, 261. | numen alumnum VIII, 223 = m. IV, 421. | fatidici vatis X, 616: fatidicae vatis a. VIII, 340. | horrentia terga X, 647 = a. I, 635. | mucrone corusco (versus clausula) X, 774. IX, 542 = a. II, 333. | aerium iter X, 842 = f. II, 252. | pudibunda ora XI, 493 = m. III, 393. VI, 604. X, 421. | imperfecta verba V, 614 = m. I, 526. tr. I, 3, 69. | impastus leo VI, 599 = a. IX, 339. | caeco pulvere mixti VI, 411: caeco pulvere campus miscetur a. XII, 444. | inertes oculos X, 124 = g. III, 523. | mutua vulnera IX, 566 = m. III, 123. VII, 141. XIV, 771. | mollia pensa IX, 614 = g. IV, 348. | miserande puer IX, 716: miserande puer a. XI, 42. miserande puer a. VI, 882. X, 825. | levia pectora (iuvenilia) VIII, 567 = a. XI, 40. | acerbum vulnus IX, 9 = a. XI, 823. | arduus aether IX, 30 = a. X, 102. | purpureas genas I, 538 = am. I, 4, 22. | sub nocte sopora I, 403: noctisque

soporae a. VI, 390. | pallentes umbras II, 48 = a. IV, 26. g. III, 357. | nigra sub nube II, 106 = a. V, 516. | mortalibus curis II, 320: mortalis cura g. III, 319. | sollers cura III, 451 = p. I, 6, 35. | semesaque ossa II, 509: semesa ossa a. VIII, 297. | socia arma III, 313 = a. VIII, 120. XI, 161. | obliquo lumine III, 377 = m. II, 787. | nitidum diem III, 440: nitido die m. I, 603. | de prisco sanguine (sanguis = genus) III, 600 = a. VII, 706. | demissumque Iovis serie genus III, 286 (cf. II, 613 Chromis Tyrii demissus origine Cadmi): ab alto demissum genus Aenea Hor. sat. II, 5, 63[4]) | pernicibus alis III, 471 = a. IV, 180. | viperei generis X, 614 = a. VII, 753. | miserabile volgus XI, 416 = a. II, 798. | molles thyrsos IX, 435 = a. VII, 390. | letalia volnera XI, 535: letale volnus a. XI, 749. IX, 580. | pulverea nube IV, 664: pulveream nubem a. VIII, 593. | brevis virtus IV, 12 = f. I, 598. | torva sub fronte I, 186 = a. III, 636. | gelidove labor sudatus in Haemo V, 189: gelidove in Haemo Hor. carm. I, 12, 6.[5])

§ 3. His contrariae sunt eae phrases, in quibus adiectiva, quae plerumque dicimus ornantia, magis pingendi quam declarandi vim habent. collegi has paucas:

ignis edax XII, 430 = m. IX, 202. XIV, 541. a. II, 758. f. IV, 785. | purpureus sanguis IX, 883 = tr. IV, 2, 6. | nox humida X, 1 = a. II, 8. V, 738, 835. XI, 201. | pallentes hederae VII, 653 = g. IV, 124. e. III, 39. | viridantia gramina V, 526 = c. 50. | muta silentia X, 91: per muta silentia m. IV, 433. VII, 184. X, 53. | amaram Dorida (= mare, quod Doris est filia Oceani et Tethyos) IX, 371 = e. X, 5.

Plures phrases, quae huc spectant, cum pertineant ad apparatum mythologicum, enumerabuntur in eo capite, in quo de illo agetur.

§ 4. Quaeramus nunc de iis phrasibus, quae aliquo modo translatae sunt. quas secrevi ab ceteris propterea, quod, cum optime patefaciant ingenium poetae, plurimum valent ad imitationem illustrandam.

supremo munere (scil. quod mortuis fit) XII, 54 = p. I, 7, 29. | profunda nocte (= Tartarus) X, 832. VIII, 144 = a. IV, 26. VI, 462. | Eoasque domos (= oriens) VIII, 238 = g. II, 115. | ignis supremus (= rogus) VIII, 72. supremis ignibus III, 167: supremus ignis am. I, 15, 41. m. II, 620. XIII, 583. | concreto frigore (= glacies)

4) cf. Luehr. l. l. pag. 17.
5) cf. Luehr. l. l. pag. 7.

III, 672: concreta frigora g. II, 376. | ardentes clipeos IV, 723: clipeum ardentem a. X, 261. | ignea sitis IV, 699 (cf. VI, 472 sitis flammata) = g. III, 483. | longi soles (= dies) V, 460 = e., IX, 52 (cf. g. II, 481 hiberni soles. f. I, 157 blandi soles). | angustum diem (= dies hiemalis) IV, 2: angusti dies tr. V, 10, 8. | voces superbae VIII, 265: cf. a. IX, 634 verbis superbis. | vires superbas VI, 647 = a. XI, 539. | insani fluctus XII, 729 = e. IX, 43. | indignum imbrem V, 270: indigno imbre art. I, 532 (= lacrimae). | saevus horror V, 239 = a. XII, 406. | saeva arma VIII, 179 = a. I, 295. VIII, 482. XII, 890. | roseis genis IV, 336 = a. XII, 606. | bibulas arenas XI, 44: bibula arena g. I, 114. | discordibus armis XI, 100 = g. II, 459. | languida quies XI, 548 = a. XII, 908. | feros enses XI, 685 = m. XIII, 343. | ensis fulmineus X, 272 = a. IV, 580. IX, 442. | sanguineis roribus (= guttis) V, 590 = a. XII, 339. | surdas fores IX, 723 = am. I, 6, 54. | amarae curae I, 340 = p. I, 10, 3. | dictis amaris II, 660 = a. X, 368. a. X, 591. tr. III, 11, 31. | dulcia furta I, 574 = g. IV, 346. m. IX, 558. | sub luce iugali (nuptiali) II, 272: luxque iugalis. m. IX, 760. | protervam manum IX, 137: manibus protervis m. XII, 233. | horrida bella VI, 865: a. VI, 86. VII, 41.

§ 5. Accedunt eae phrases, quae spectant ad res mythologicas:

sedibus a Stygiis VIII, 190: sedibus Stygiis m. XIV, 155 (= Tartarus). | Tartareas sedes (= Tartarus) VIII, 65. IV, 473 = a. VIII, 667. | altaque terra (= Tartarus) VIII, 190 = a. VI, 267. | Stygiisque tenebris VIII, 376 = Stygiis tenebris g. III, 551. | Stygiis in oris VIII, 4: Stygias in oras p. I, 8, 27. | nigra Tartara I, 307 = a. VI, 134. | saevas Mycenas IX, 444 = a. VII, 222. | Argolicis ab armis (= expeditio in Thebas facta) V, 643. V, 735: Argolicis armis tr. II, 317. | Amphionis arces (= Thebae) X, 873 = m. XV, 427. | Phoebeaque virgo (= Manto) IV, 488 = p. II, 2, 82. | triplicis mundi (caelum, terra, inferi) IV, 516 = m. XII, 40. | Paphias myrtos IV, 300: Paphiae myrtus g. II, 64. | occidui Phoebi V, 477: occiduus Phoebus m. XIV, 416.

§ 6. Denique huc referendas esse puto eas phrases, quae, quamquam non prorsus congruunt, tamen similes videntur esse: nam aut adiectiva et substantiva non eadem forma sed eadem notione insignia coniunguntur aut aliquantum ultra exemplum progressus est imitator:

Palladios oleae ramos V, 417: ramis velatos Palladis a. VII, 154 (= rami olivae). | rore madens Stygio V, 198: ramum Lethaeo rore madentem a. V, 854. | pastorali trunco (sc. myrti) IV, 301:

pastoralem myrtum a. VII, 817. | telluris opertae dissilit umbra IV, 520: telluris operta subire a. VI, 140. | spumea frena V, 708: spumantia frena a. V, 817. | ardentia mella VI, 210: fragrantia (alii flagrantia) mella g. IV, 169. a. I, 436. | clipei septemplice tauro VII, 310: clipei septemplicis orbes a. XII, 925. clipei dominus septemplicis m. XIII, 2. (cf. Hom. Il. VII, 220: ἑπταβόειον σάκος). | cruentis roribus VIII, 7: rores sanguineos a. XII, 339. | ventosumque decus X, 712: ventosa gloria a. XI, 708. | fraudique adcommoda tempora VI, 615: fraudi adcommoda valles a. XI, 522. | multifida lumina (= faces) III, 142: multifidasque faces m. VII, 259. VIII, 644. | biverticis umbra Parnasi I, 629: Parnasusque biceps m. II, 221. | caelestibus telis IX, 729: caelestibus armis a. XII, 167. | dubiis vitata carinis IV, 224. dubias carinas silv. IV, 3, 77: dubia pinus f. II, 101. dubiae navita puppis p. II, 5, 62. dubia ratis art. I, 558. II, 514.[6])

Cap. IV.

De verbis.

In verbis inquirendis eandem quam in illis phrasibus inii rationem. nam cum in hac quoque re difficillime discernatur, quatenus consensus ex consilio aut ex communi usu aut ex casu ortus sit, cum usus verborum in sermone latissime pateat, nulla verba nisi quae sumpta esse ex Vergilii vel Ovidii carminibus certis probabilibusve de causis intellegeretur, collegi. quam ob rem primum enumerabuntur ea verba, quae a Vergilio vel Ovidio primis, ut videtur, adhibita in Thebaide repetuntur, deinde ea verba, quorum in significatione et usu hi poetae congruunt.

§ 1. Ordior igitur ab iis verbis sermonis poetici propriis, quae, quod ante Vergilium ne semel quidem leguntur, imitando transtulisse in Thebaida Statium arbitror:

lapsare V, 223. lapsare in sanguine IX, 162: in multo lapsantem sanguine a. II, 551. | transadigam ferro V, 127: transadigit costas a. XII, 276. 508. | manibus interserit ictum VI, 781: interserit oscula verbis m. X, 559. | lateri dextram insertare VI, 891: clipeoque

---

[6]) cf. Luehr. l. l. 48.

sinistram insertabam a. II, 671. | desolare urbes VI, 917: desolare agros a. XI, 367. | innectere moras V, 743: innecte causas morandi a. IV, 51. | immoritur tabo IX, 19: immoritur sorori m. VI, 296. | derigescere IX, 36 = a. III, 260. | transabire IX, 126 = a. IX, 432. | internectere plagas VIII, 168: internectat crinem auro a. VII, 816. | obliquat hastam VIII, 683: obliquat ensem m. XII, 486. | crudescere XI, 323. II, 717 = a. VII, 788 = g. III, 504. | immugitque vulneribus XI, 601: immugit regia a. XI, 38. immugiit Aetna a. III, 674. | acerbat gaudia et munus XII, 75: acerbat crimen a. XI, 407. | hic interfatus II, 188: sic interfata a. I, 386. | infrendens II, 477: infrendens dentibus a. III, 664. VIII, 230. X, 718. | interlabentibus stellis umbras II, 649: inter enim labentur aquae g. II, 349. | lentandus arcus I, 703: lentandus remus a. III, 384.

Quanta his locis sit congruentia inter Statium et Vergilium Ovidiumve nemo non videt, cum praesertim saepius non solum verba sed etiam verborum formae congruant similiaque substantiva addita sint.

§ 2. Progredior ad ea verba, quorum in usu et constructione Statius proxime ad illos poetas accedit. affero autem ea sola, quae summi momenti in hac re demonstranda mihi videntur esse:

qui te natant (te natando excurrunt) IV, 239: freta natat g. III, 259. unda natatur tr. V, 2, 25. | praecipitat fugam V, 168: praecipitat currum m. XV, 518. | avertitur herbas VI, 192: equos fontesque avertitur g. III, 499. | stupuit qui sibila VI, 338. stupet obvia leto turba superstantem II, 565: innuptae donum exitiale Minervae stupet a. II, 31. | aethera Lucifer exit II, 139: modumque exit m. IX, 632. Avernas exierit valles m. X, 52. vim viribus exit a. XI, 750. | ingemuere iacentem IX, 2: ingemuisse interitum e. V, 28. | horret avum II, 127: horremus mortem a. X, 880. | me quereris tardam Stygiis Divis (queri aliquid alicui) XII, 215: Oceano quereretur facta mariti f. V, 233. | lustrare vacat (impersonaliter) I, 483: vacet audire a. I, 373. indulsisse vacat a. X, 625. | ardet procumbere VI, 36. ardet avertere pugnam VII, 724. ardet descendere V, 402: mori pro moenibus ardent a. XI, 895. ardet abire fuga a. IV, 281. | dux raptare dedit VI, 115: da iungere dextram a. VI, 697. | dignantur stimulare X, 697: se ... viro dignetur iungere Dido a. IV, 192. dignatus est sternere a. X, 732. | stat parcere XI, 131: stat casus renovare a. II, 750. stat conferre manum a. XII, 678.

§ 3. Reliquum est, ut agamus de iis verbis, quorum in significationibus hi poetae mirum in modum consentiunt,

quae significationes aut antea nunquam aut in his fere carminibus solis occurrunt; translata autem sunt haec:

incendit clamore nemus V, 553: clamore incendunt caelum a. X, 895. | chlamys ardet V, 438: Tyrioque ardebat murice laena a. IV, 262. campi armis ardent a. XI, 602. | nemora frangunt sonos VI, 29: fractasque ad litora voces a. III, 556. | morituris floribus VI, 58: moriens herba e. VII, 57. | exsaturare dolorem VI, 83: numina odiis exsaturata a. VII, 298. | signum luctus cornu mugit VI, 120: tubae mugire per aethera clangor a. VIII, 526. | fumant valles IV, 707: fumantes pulvere campos a. XI, 908. | aequor frangitur V, 370: fracta unda a. X, 291. | nemus statione coronant II, 526. magnanimum Oeniden coronant pubes IV, 112: abitum custode coronant a. IX, 380. cf. m. V, 388. | qui rura domant IV, 123: terram rastris domat a. IX, 608. | sulcatum Nerea VIII, 230: sulcant vada salsa carina a. V, 158. sulcat maria a. X, 197. | hunc stantem metit VII, 713. colla ferro metens IX, 224: proxima quaeque metit gladio a. X, 513. | abruptis querelis VI, 185: sermonem abrumpit a. IV, 388. | ignescentia odia XI, 525: ignescunt irae a. IX, 66. | exedere animum dolor iraque II, 319: urbem exedisse odiis satis est a. V, 785. | Sisyphiique sedent portus II, 380. sedens in plana Cithaeron I, 330: sederunt terra fretumque f. I, 110. | lunae tremor errat in armis II, 532: in voltu varios errare colores g. I, 452. | fervet iter gemitu III, 120. Scythiam tumultu fervere V, 144: fervere Leucaten a. VIII, 677. litora fervere a. IV, 409. | umbras agit trames II, 49: rivus agebat aquas f. I, 404. | superosque in vota fatigant II, 244. dum fatigas numina silv. V, 1, 72: prece qua fatigent virgines . . . Vestam Hor. carm. I, 2, 26.[7]

Accedunt cetera verba, quae isdem significationibus insignia quamquam non solum in his carminibus sed etiam alias leguntur, tamen in hac re non neglegenda esse arbitror.

concedunt plangere matri VI, 134 (= lamentari): agmina plangentia a. XI, 145. sorores planxere m. III, 505. | Delo sonanti (= vaticinari) V, 55: mortale sonans Sibylla a. VI, 50. | non arva viri, non aequora vertunt V, 309. cf. I, 153: terram vertere g. I, 2. 147. terram vertebat aratris a. VII, 539. freta versa lacertis a. V, 141. | Cyrrham tauris Anemoriamque supinant (= vertere, arare) VII, 347: ante supinatas aquiloni ostendere glebas g. II, 261. | picea tralucet caerulus unda VI, 543: in liquidis tralucet aquis m. IV, 354. | aspiciam (Iuppiter) terras VII, 32: Iuppiter, aspice nos a. II, 690. | librabat cupressum (hastam) VII, 676: libravit caestus a. V, 479. | exit Asopos (abundare) VII, 316: spumeus amnis exit a. II, 197. g. I, 116. | omne sedet telum X, 656: plagamque sedere m. III, 88. cf. f. I,

[7]) cf. Luehr. l. l. pag. 18.

576 clava ter quater sedit in ore viri. | totum abit in corpora ferrum XI, 631: Itala cornus sub altum pectus abiit a. IX, 699. | tela rotat VIII, 521: rotat ensem a. IX, 441. | Iuppiter verberat agros V, 390: imber verberat humum a. IX, 668. | solatur damna querela (= levare) V, 500: cantu solata laborem g. I, 293. solans testudine amorem g. IV, 464. | arva gementia radens (sc. anguis) V, 525: terra rasa squamis (sc. serpentis) m. III, 75. | templa fert impius ignis (= auferre) V, 685: omnia fers, aetas e. IX, 51. | Troia recedit I, 549 (iis, qui vehuntur): terraeque urbesque recedunt a. III, 72. | trahimus solacia (= sumere) II, 193: trahens colores a. IV, 701. cf. m. I, 412. | animum subit illa dies II, 309: animum subiit Aeeta relictus m. VII, 170. cf. a. II, 560. | aequantem curas (= aequam partem sumere) II, 365: aequabat luctus a. X, 755. aequat amorem a. VI, 474. | nec mortem sperare valet (= metuere) II, 607. sperate deos memores fandi atque nefandi a. I, 543. sperare dolorem a. IV, 419. cf. a. XI, 275. | huic adnue sacro II, 719: audacibus adnue coeptis g. I, 40. a. IX, 625. | tumida iam virginitate iugari (= in matrimonium dari) II, 204: intactam dederat primusque iugarat omnibus a. I, 345.

Cap. V.

De verbis cum substantivis et adiectivis coniunctis.

§ 1. Minoris momenti sunt ii loci, ubi verbis adverbii loco adiunctum est adiectivum[8]):

immane frementes VII, 584: immane frementi a. XII, 535. | horrendum stridens VI, 790 = a. VI, 288. | mortale sonans IV, 146 = a. VI, 50.

§ 2. Multo plus ad imitationem demonstrandam valent ii, ubi isdem verbis cum isdem substantivis coniunctis inest eadem translatio:

miseraque exaestuat ira XI, 297: mens exaestuat ira a. IX, 798. | ignis edat IX, 103. edet Vulcanius ignis I, 508: artus sacer ignis edebat g. III, 566. est mollis flamma medullas a. IV, 66. cf. a. V, 683. | famam extendere I, 607 = a. X, 468. | rumpere somnos IV, 715: somnum ingens rumpit pavor a. VII, 458. | vocem de pectore rumpit XI, 676: rumpitque hanc pectore vocem a. III, 246. rumpitque has imo pectore voces a. XI, 377. | crinem pascebat Iaccho VIII, 493. Triviae pascebat crinem VI, 609: sacrum tibi pascere crinem a. VII, 391. | iras acuit II, 331: acuunt iras a. XII, 590. | ora rigantur imbribus (= lacrimis) II, 234: imbre rigante genas art. I,

8) cf. Luehr. l. l. pag. 26.

532 (cf. a. VI, 699 ora rigabat fletu. a. IX, 251 lacrimis ora rigabat). | carpens oscula III, 711: non oscula carpsi ep. XI, 117. sine ordine carpam oscula am. II, 11, 45. | corda labant VII, 533: labantia corda a. XII, 223. | sic volvere Parcae IV, 780 = a. I, 22. | dolor dat terga timori V, 698: felicior aetas terga dedit m. XIV, 143. | horrere comae II, 544: horrueruntque comae f. II, 502.

Addo eos locos, quibus eaedem translationes continentur vocabulis nonnihil discrepantibus:

luxuriant artus VI, 841: membraque luxuriant m. VII, 292. | tenduntque vias VI, 455: tendebat iter ad naves a. I, 656. a. VII, 7. | longusque virum super ora cucurrit clamor IV, 804: varius per ora cucurrit fremor a. XI, 296. | scinditur alter (sc. sanguis) in Argos (sanguis = genus) I, 225: sic genus amborum se scindit a. VIII, 142. | aethere nostro vescitur I, 237: si vescitur aura aetheria a. I, 546. a. III, 339. | lucem in moenia fundens Larisaeus apex I, 381: ignes nocturni lumina fundunt g. II, 432. cf. a. III, 152 qua se plena per insertas fundebat luna fenestras.

§ 3. Superest, ut ceteras locutiones afferam, quas cum eodem modo usurpaverit, partim ex Vergilii et Ovidii carminibus didicisse Statium suspicio est.

invigilare malis VIII, 263: invigiletque malis f. IV, 530. | solatur lacrimas IV, 782: hinc pater hinc coniunx lacrimas solantur f. II, 821. (cf. Cap. IV, § 3). | vomere primo ausus humum versare IV, 435: vomere adunco versat humum art. I, 726 (cf. Cap. IV, § 3). | orsa refert V, 29 = a. VII, 435. a. XI, 124. | dum fata vetant V, 179: nec fata vetabant a. VIII, 398. vetor fatis a. I, 39 (cf. m. III, 548). | dum fata sinunt X, 216. V, 467: nec sinunt fata m. XI, 408. dum fata deusque sinebant a. IV, 651. cf. tr. V, 3, 5. a. I, 18. | † instaurare diem II, 88. VII, 94: instauratque diem a. IV, 63 (versus initium). | absistite ferro V, 669 = a. XI, 307 (versus finis). | singultant animas V, 261: singultantem animam (transit.) m. V, 134. | siluerunt aequora V, 340: silet aequor stratum e. IX, 57. | terga retorquens V, 520 = a. VIII, 460. | proflabant anhelum deum (= somnum) II, 77: toto proflabat pectore somnum a. IX, 326. | medica firmat vestigia virga II, 11: trunca manu pinus regit et vestigia firmat a. III, 659 (cf. m. I, 716 languida permulcens medicata lumina virga). | dictis prosequitur victos II, 661: dictis prosequitur natum a. VI, 898. | luce fruantur IX, 21: luce fruatur a. IV, 619. | hastam longe protenderat IX, 90: hastasque longe protendunt a. XI, 605. | verba imperfecta relin[illegible]i X, 151: verba imperfecta reliquit ep. XIII, 13. m. I, 526. | r[illegible] obiectare animas XI, 160: pro cunctis obiectare animam [illegible] 230. | respicitur tellus VII, 144 = am. II, 11, 23. | con[illegible]

equos VII, 134 = a. VIII, 3. | rumpunt pectora VI, 866: pectora pectoribus rumpunt a. XI, 615. | arma fremunt (transit.) VI, 618: arma amens fremit a. VII, 460. | riguere comae V, 238: rigebant comae terrore m. III, 100. | impressa toris ora V, 252: os impressa toro a. IV, 659. | Argolicas ululatus impulit aures V, 555: sonus impulit aures a. XII, 618. maternas impulit auris luctus g. IV, 349. | somnum suadere V, 616: suadentque cadentia sidera somnos a. II, 9. a. IV, 81. | ire sub umbras (= mori) II, 608 = a. IV, 660. | membra locat III, 497: membra locavit a. X, 867. | vocem animosque tenebant III, 254: vocem tenuere m. IV, 168. nec tenui vocem ep. XI, 49. | confundit vultus II, 234: confusos vultus tr. III, 5, 11. | compressa servantes murmura I, 207: murmura compressit m. I, 206. | dies noctesque recursans cura I, 316: sub noctem cura recursat a. I, 662. | † sanguis hebet I, 463 = a. V, 396. | † siccati vulnera lymphis I, 527: siccabat vulnera lymphis a. X, 834. | † praecipitant curae I, 679: praecipitant curae a. XI, 3. | obliquare oculos I, 675: obliquantem oculos m. VII, 412. | fixosque oculos tenent II, 173: fixos oculos tenebat a. I, 482. a. VI, 469. | exuperat iuga dira II, 557: exsuperatque iugum a. XI, 905. | quos una dies abstulit III, 148: quos abstulit atra dies a. VI, 429. | iamque emensus iter III, 324: iamque iter emensi a. VII, 160. atque iter emensi a. XI, 244. | it clamor ad auras III, 593: it clamor ad alta atria a. IV, 665. | metuendus in hasta IV, 221: metuendus hasta Hor. car. III, 2, 4.[9])

Ad hos locos accedunt nonnulli, qui sensu magis quam verbis congruunt:

pater arma vetabat VII, 429: quia bella vetabat a. II, 84. | enitor geminos V, 464: namque est enixa gemellos m. XI, 316. | corda aspera flammis Amor pertemptat V, 445: corda aspera temptas? (Venus) a. X, 87. | finxerat auro ipsa comas V, 228: fronde premit crinem fingens atque implicat auro a. IV, 148. quid toties fingis comas? art. I, 306. | gressumque repressit X, 398: pedem cum voce repressit a. II, 378. | ipsae tela viris ministrant X, 571: furor arma ministrat a. I, 150. | obruitur armis X, 540: undique telis obruitur a. IX, 808. cf. a. II, 411. a. X, 808. | volnera lymphis eluit III, 398: volnera lymphis abluam a. IV, 684. | mulcentem dictis corda I, 478: regit dictis animos et pectora mulcet a. I, 153. (cf. a. I, 197. a. V, 464.) | squalentia pectora tabo I, 618: squalebant corpora tabo m. XV, 627. | festinatque vias II, 478: festinatum iter p. IV, 5, 8. | occumbere leto I, 595: occumbere morti a. II, 62. occubuisse neci m. XV. 499.

---

9) cf. Luehr. l. l. pag. 7.

Prima parte quaestionis ad finem perducta, quid de hac quam adhuc pertractavimus imitatione statuendum sit, etsi res ipsa loquitur, paucis comprehendam. quaecunque enim in hoc libro perquisivimus, spectant ad genus dicendi, in quo quantopere pendeat ex Vergilio et Ovidio Statius, si quis animum attenderit, intellexisse eum puto. nam quamquam concedendum est singulas quas enumeravi res interdum parvi momenti esse neque de iis certum iudicium fieri posse, tamen, si universa respiciuntur, de summa quaestionis nihil ambigitur: imitatio in dicendi genere plana est.

Haec quam vera sint patet ex ea quae ponenda est imitationis ratione. quam cum non ita factam esse et par sit et ex argumentatione mea eluceat, ut Statius Thebaidos certis locis certos locos exemplorum Vergilianorum Ovidianorumve ante oculos habuerit, sed ita, ut exemplis penitus cognitis, quae memoria teneret Vergiliana et Ovidiana, scripserit, singuli loci non multum, plurimum cuncti docere mihi videntur.

LIB. II.

DE SENTENTIIS.

Iam imitationem in genere dicendi cuius modi sit habemus; nunc in iis, quae homines quos inducunt sentientes et dicentes faciunt hi poetae, atque in sententiis communibus qualis sit consideremus. qua in re cum descriptio minoris momenti sit, quae in his carminibus sententiis congruunt, quamvis verbis nonnunquam discrepent, colligere studui.

† adnue, Tisiphone, perversaque vota secunda, si bene quid merui, si me de matre cadentem I, 59.

per inceptos hymenaeos, si bene quid de te merui fuit aut a. IV, 317.

quis fuit ille dies, vacua cum I, 166.	quis fuit ille dies, quo am. III, 12, 1.
† nos vilis in omnis prompta manus casus I, 191. nos, vilis turba, caducis deservire bonis semperque optare parati, spargimur in casus silv. II, 2, 129.	nos, animae viles, inhumata infletaque turba, sternamur campis a. XI, 372.
mens cunctis inmota manet I, 227.	mens immota manet a. IV, 449.
† aut hodie spoliis gavisus abibis, quisquis es, his, aut me ..... magni de stirpe creatum Oeneos ..... accipies I, 461.	aut hodie victor spolia illa cruenti ... referes ... aut .. occumbes pariter a. X, 862. (cf. X, 449.)
immo agite et positis.... minis succedite tecto I, 468.	quare agite o tectis iuvenes succedite nostris a. I, 627.
† forsan et has venturus amor praemiserit iras, ut meminisse iuvet I, 472.	forsan et haec olim meminisse iuvabit a. I, 203.
† pro gnara nihil mortalia fati corda sui II, 92.	nescia mens hominum fati sortisque futurae a. X, 501.
me, me, divum optime, solum obiecisse caput fatis praestabat I, 651.	me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum a. IX, 425. cf. me, me ipse meumque obieci caput a. VIII, 144.
† maneas hominum contentus habenis, undarum terraeque potens, et sidera dones I, 30.	sic habites terras, et te desideret aether, sic ad pacta tibi sidera tardus eas tr. V, 2, 51.
pateram ... ex more poposcit, quo Danaus libare deis seniorque Phoroneus adsueti I, 542.	regina ... poposcit ... pateram, quam Belus et omnes a Belo soliti a. I, 729.[10]
† sic excitus ira ductor in absentem consumit proelia fratrem II, 133.	ille asper et improbus ira saevit in absentis a. IX, 62.
† has ... optavere ... Achaea per oppida matres II, 164.	multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres optavere nurum a. XI, 581.
heu nihil auguriis adiuta propinquis II, 302.	sed non augurio potuit depellere pestem a. IX, 328.[11]
† sed fida vias arcanaque coniux senserat; utque ... iacebat ...	at regina dolos (quis fallere possit amantem?) praesentit

[10]) Danaus nimirum filius est Beli; cf. app. crit.
[11]) vis vaticinandi perniciem imminentem patefacit, non depellit.

»quos, callide, motus, quamve fugam moliris?« ait »nil transit amantes« II, 332.

motusque excepit prima futuros a. IV, 296.

† oculosque polo demittere si qua iustitia et rectum terris defendere curat II, 359.

si qua pios respectant numina, si quid usquam iustitia est et mens sibi conscia recti a. I, 603.

† et geminas ibis regina per urbes II, 362.

ibis Dardanias ingens regina per urbes ep. XV, 331. (cf. partoque ibit regina triumpho a. II, 578.)

te diro horrore volantes quinquaginta animae circum noctesque diesque adsilient III, 75.

omnibus umbra locis adero a. IV, 386.[12]

† quis timor audendi, quae tanta ignavia II, 548. »quae tanta ignavia« clamat III, 607.

quis metus ... o semper inertes Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit? a. XI, 732. cf. quis furor, o cives? quae tanta licentia ferri Lucan. I, 8.

† haec regi promissa, Cydon, haec, Lampe, dabamus? II, 623.

non haec Euandro de te promissa parenti discedens dederam a. XI, 45. non haec, o Palla, dederas promissa parenti a. XI, 152.

quisquis es Aonidum, quem crastina ... aurora videbit II, 697.

crastina lux ... ingentis Rutulae spectabit caedis acervos a. X, 245.

bellum infandum ominibusque negatam movisti, funeste, aciem; III, 71.

infandum cuncti contra omina bellum, contra fata deum ... poscunt a. VII, 584.

† vosne illa potentia matris, vos uteri fortuna mei, qua tangere divos III, 154. cf. o nostrae regimen viresque senectae IV, 536.

nate, meae vires, mea magna potentia solus a. I, 664.

hosne mihi reditus, germane, parabas? III, 369.

hi nostri reditus expectatique triumphi? a. XI, 54.

† nec vobis tanti sim causa tumultus III, 373.

neu matri miserae tanti sim causa doloris a. IX, 216.

unde iste ... primus ... animantibus ... crevit amor? III, 552.

unde amor iste ... tibi? e. X, 21.

cur tua cum lacrimis ... supplex limina nocte petam, III, 687.

ut te supplex peterem et tua limina adirem a. VI, 115.

---

[12]) veteres animas iniuste occisorum noctu redire putabant.

† indignantem animam propriis non reddidit astris VI, 885.

nos rara manent exordia famae IV, 651.

† nec desunt animi, veniat modo fortior aetas IV, 253.

† sed quid ego haec? fessosque optatis demoror undis? IV, 774.

† tuque o cunctis insuete domari solibus aeternae largitor corniger undae laetus eas, quacumque domo gelida ora resolvis immortale tumens, ... et nulli ruis expugnabilis astro. te nec Apollineus Ladon nec Xanthus uterque . . . praestiterint, tu pace mihi, tu nube sub ipsa armorum . . . celebrabere IV, 830.

† immania vulnera, rector, integrare iubes V, 29.

o miserae, quibus hic furor additus V, 33.

inveni, promitto viam, . . . qua renovanda Venus V, 109.

hoc ferrum stratis, hoc, credite, ferrum imposuit. quin, o miserae, dum tempus agi rem, consulite V, 139.

† ut vero Alcimeden etiamnum in murmure truncos ferre patris vultus et egentem sanguinis ensem conspexi V, 236.

† abruptam credas radicibus ire Ortygiam aut fractum pelago decurrere montem V, 338.

† nec superum sine mente, reor, placuere fatentes V, 452.

† tandem laxata dolori vox invenit iter V, 606.

† quid enim timeam moritura fateri? V, 623.

vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras a. XI, 831. XII, 952.

ad nos vix tenuis famae perlabitur aura a. VII, 646.

Telemacho veniet, vivat modo, fortior aetas ep. I, 107.

Teucros quid demoror armis? a. XII, 175.

quo te cumque lacus miserantem incommoda nostra fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis, semper honore meo, semper celebrabere donis, corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. adsis o tantum et propius tua numina firmes a. VIII, 74.

infandum, regina, iubes renovare dolorem a. II, 3.

sic animis iuvenum furor additus a. II, 355.

inveni, germana, viam, . . . quae mihi reddat eum a. IV, 478.

»hic quaerite Troiam, hic domus est« inquit »vobis«. iam tempus agi res a. V, 638.

at me tum primum saevos circumstetit horror. obstipui; subiit cari genitoris imago, ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi vitam exhalantem a. II, 559.

pelago credas innare revolsas Cycladas aut montis concurrere montibus altos a. VIII, 691.

haut equidem sine mente reor, sine numine divum a. V, 56.

et via vix tandem voci laxata dolorest a. XI, 151.

quem metui moritura? a. IV, 604.

† »ne — quaeso; absistite ferro, unus avum sanguis, neve indulgete furori, tuque prior«. V, 669.

ne, pueri, ne tanta animis adsuescite bella neu patriae validas in viscera vertite vires; tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo a. VI, 832.

Pyliae nec fata senectae maluerit V, 751.

sic pater in Pylios, Cumaeos mater in annos vivant p. II, 8, 41.

ante haec excusso frondescet lancea ferro VII, 552.

ut sceptrum hoc .... numquam fronde levi fundet virgulta nec umbras a. XII, 207. (cf. m. XV, 561.)

nec fuga iam misero IX, 491.

neque enim fuga iam super ulla a. VIII, 251. (cf. nec spes ulla fugae a. IX, 131.)

non infitiamur honorem mortis, ait, refer huc oculos, ego vulneris auctor. laetus abi, multumque aliis iactantior umbris IX, 557.

magna feres tacitas solacia mortis ad umbras, a tanto cecidisse viro m. V, 191. (cf. hoc tamen infelix miseram solabere mortem: Aeneae magni dextra cadis a. X, 829.)

si quis tibi sensus (sc. post mortem) XII, 214.

si superest aliquis post funera sensus p. I, 2, 113. (cf. p. II, 2, 100.)

novus unde furor? XII, 593.

quis furor iste novus? a. V, 670.

LIB. III.

DE DISPOSITIONE THEBAIDOS.

Cap. I.

§ 1. In iis rebus, quas in primo et altero libro pertractavimus, Ovidii carminibus non minus quam Vergilii usus est Statius, in disponenda et componenda Thebaide fere unius Vergilii. quod quomodo factum sit, facile intellegemus, si, quae supra de imitatione generis dicendi exposui, in memoriam revocaverimus. illa enim imitatio cum non posita fuerit in certis locis exscribendis, sed in iis, quae memoria tenuisset poeta, quomodo referri possit ad duo exempla, planum est. contra in dispositione Thebaidos, cuius argumentum propius accedit ad Aeneida quam ad Metamorphoseon amatoriorumve carminum libros, intra Aeneidos imitationem sese continuisse Papinium consentaneum est.

Atque re vera quamquam horum carminum fundamenta varia vel saepe diversa sunt, tamen Statium saepius tamquam alterum Vergilium deprehendas.

Qua in re explicanda cum universa tractemus, simul singula, quae congruant, ne seiungamus quae separare ineptum est, conferre liceat, nam hoc modo imitatio manifestissima fit.

§ 2. Ac primum quidem e r r o r i b u s Aeneae in nonnullis rebus e x p e d i t i o Argivorum Thebana, deinde in plurimis p u g n a e apud T h e b a s commissae p u g n i s in I t a l i a factis

respondent: de his infra fusius dicendum erit, ad illa illustranda nunc accedo.

Cum itinera, quae in Thebaide et in Aeneide describuntur, multum inter se differant, cum Aeneas eiusque comites summis maris periculis perfuncti sint, Argivorum exercitus silvis, viis inviis, aliis rebus difficilibus impeditus, aestu sitique oppressus terra Thebas petierit, hanc carminum partem magis dissentire quam consentire necesse est; sunt tamen, quae Statius ex Aeneide deprompserit. itaque imitatione Aeneidos factum esse censeo, ut Statius incideret in illud vitium, quo maximo Thebaida laborare non satis notum est. ut enim priusquam in Italiam perveniret Aeneas quomodo fluctibus delatus sit, tam accurate explicatur, ut erroribus sex libri contineantur, sic, quomodo Argivi iter fecerint, Statius nimia subtilitate ita exponit, ut adventus septimo demum in libro describatur: quin etiam nugae uberius narrantur. sed quam stultum in hac re Statius, quam minutum imitatorem se praestat! qui cum proxime ad virtutem Vergilii se accedere putet, longissime recedit: nam errores Aeneae proprie pertinent ad Aeneida fere nihilo minus quam ea quae geruntur in Italia; in Thebaide plurima, quae praecedunt oppugnandas et expugnandas Thebas, exigui, ne dicam nullius momenti sunt.

§ 3. Atque profecto Statium in hac parte carminis non ex sua indole hausisse sed exemplum Aeneidos prava imitatione expressisse ex eo apparet, quod non solum universa pars sed etiam nonnulli libri similes sunt.

Ut autem a gravissimis ordiamur, Nemea, quae ut Archemori mortem celebrarent, Argivi in hac expeditione instituerunt, prorsus eodem modo quo certamina ludorum in Aeneide facta et eadem subtilitate qua Vergilius fingit Statius. quae congruentia quanta sit ut cognoscamus, ea accuratius pertractemus et conferamus; depinguntur in Thebaidos libro sexto, in Aeneidos quinto. prima certamina discrepare necesse est: nam Argivi, cum non navibus profecti sint, curriculo equo-

rum certant (Theb. VI, 275—549); ea tamen, quae antecedunt in Thebaide, ex Aeneide sumpta esse videntur:

iamque avidum pugnas visendi vulgus inermes fama vocat VI, 249.	famaque finitimos et clari [13]) nomen Acestae excierat V, 106.
† collibus incurvis viridique obsessa corona vallis in amplexu nemorum sedet VI, 255.	tendit gramineum in campum [14]), quem collibus undique curvis cingebant silvae, mediaque in valle theatri circus erat V, 286.

et post certamen:

† at tibi Maeonio fertur circumflua limbo pro meritis, Admete, chlamys repetitaque multo murice VI, 540.	victori chlamydem auratam, quam plurima circum purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit V, 250.

haec de primo certamine; sequitur in utroque carmine

cursus: Theb. VI, 550—645: Aen. V, 285—361.

† sollicitat tunc ampla viros ad praemia cursu praeceleres VI, 550.	hic, qui forte velint rapido contendere cursu, invitat pretiis animos, et praemia ponit V, 291.
† multi et quos varii tacet ignorantia vulgi VI, 560.	multi praeterea, quos fama obscura recondit V, 302.
hoc Idas, hoc more Dymas aliique nitescunt VI, 577.	iuventus nudatosque umeros oleo perfusa nitescit V, 135.
† ut ruit atque aequum submisit regula limen, corripuere leves spatium, campoque refulsit nuda cohors VI, 593.	haec ubi dicta, locum capiunt signoque repente corripiunt spatia audito limenque relincunt V, 315.
effugit hic oculos rapida puer ocior aura Maenalius; quem deinde gradu premit horridus Idas .... post ambiguo discrimine tendunt Phaedimus atque Dymas VI, 602.	effugit ante alios .... Gyas; quem deinde Cloanthus consequitur, ... post has aequo discrimine Pristis V, 151.

---

13) In sinistra parte citantur loci Thebaidos, in dextra Aeneidos, si numeris nullae litterae additae sunt.

14) Haec verba in Aeneide non certamen navium sed cursum antecedunt. quamquam enim plerumque eundem servat quem Vergilius ordinem, interdum tamen mutat Statius.

Idas inspiratque umero VI, 604.	Diores incumbens umero V, 325.
† occursu zephyri retro fugit[15] (crinis) VI, 612.	et levis impulsos retro[16]) dabat aura capillos m. I, 529.
Arcades arma fremunt, armis VI, 618.	arma amens fremit, arma VII, 460.
† accessit lacrimarum gratia formae VI, 623.	tutatur favor Euryalum lacrimaeque decorae V, 343.
pectora nunc maerens nunc ora indigna cruento ungue secat VI, 624.	pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora XI, 86 (cf. unguibus ora soror foedans et pectora pugnis IV, 673.)
† vix campus euntem sentit VI, 638.	vix summa vestigia ponat harena g. III, 195.
† et exilis plantis intervenit aër, rasaque non fracto vestigia pulvere pendent VI, 639.	illa vel intactae segetis per summa volaret gramina nec teneras cursu laesisset aristas VII, 808. (posse putes illos sicco freta radere passu et segetis canae stantes percurrere aristas m. X, 654).
cetera plebs Lyciis vadit contenta pharetris VI, 645.	tertius Argolica hac galea contentus abito V, 314.

tertium certamen congruum est caestus Theb. VI, 720—825: Aen. V, 361—485.

intercedit in Thebaide discus, qui deest illo loco Aeneidos; alium tamen locum deprehendit Mueller, quem adhibuisse videatur Statius.

† toto curvatus corpore VI, 649.	toto conixus corpore X, 127.
† fugit horrendo per inania saltu iamque procul meminit dextrae servatque tenorem VI, 710.	protinus hasta fugit servatque cruenta tenorem X, 340.

15) pro »fugit« Bentleius coniecit »fluit«. vide, quae in appendice critica de hoc loco exposui.

16) quae aliunde, non ex ea de qua agitur parte Aeneidos, sibi a[illegible] sit Statius, ne textum Thebaidos solverem, simul ita adscripsi, ut p[illegible] intervallo recedant a media pagina.

incipit caestus:

† nunc opus est animis infestos tollere caestus VI, 729.

nunc, sicui virtus animusque in pectore praesens, adsit et evinctis attollat bracchia palmis V, 363, nunc animis opus VI, 261.

† ac dum nigrantia plumbo tegmina cruda boum non mollior ipse lacertis induitur VI, 732.

ingentia... terga boum plumbo insuto ferroque rigebant V, 405.

obstipuere animi VI, 738.

obstipuere animi V, 404. (cf. obstipuere animis Rutuli IX, 123).

† fulmineas alte suspensi corpora plantis erexere manus; tuto procul ora recessu armorum in speculis, aditusque ad vulnera clusi. hic, quantus Stygiis Tityos consurgat ab arvis, ... tanta undique pandit membrorum spatia ... hic paulo ante puer VI, 750.

constitit in digitos extemplo arrectus uterque bracchiaque ad superas interritus extulit auras. abduxere retro longe capita ardua ab ictu .... ille pedum melior motu fretusque iuventa, hic membris et mole valens V, 426.

† sed providus astu et patria vigil arte Lacon hos reicit ictus, hos cavet; interdum nutu capitisque citati integer obsequio, manibus nunc obvia tela discutiens, instat gressu vultuque recedit VI, 770.

corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit .... ille ictum venientem a vertice velox praevidit celerique elapsus corpore cessit V, 438.

† agit toto cedentem fervidus arvo praecipitatque retro iuvenem .... geminatque rotatas multiplicatque manus VI, 788.

praecipitemque Daren ardens agit aequore toto nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra V, 456.

† effracto quam misceat ossa cerebro VI, 811.

effractoque inlisit in ossa cerebro V, 480.

(cf. ossaque dispersit cerebro permixta cruento X, 416).

nec iussa recusat Hippomedon VI, 814.

nec iussa recusat Alcestes V, 749.

† non has ego pulvere crasso atque cruore genas, meruit quibus iste favorem semivir, infodiam mittamque informe sepulchro corpus VI, 819.

da sternere corpus loricamque manu valida lacerare revolsam semiviri Phrygis et foedare in pulvere crinis XII, 97.

Luctatus qui sequitur in Thebaide (VI, 825—910) omissus est in Aeneide; videtur adhibitus esse Met. lib. IX.

† iam dudum variae laudes et conscia virtus Tydea magnanimum stimulis angunt VI, 826.	tum pudor incendit vires et conscia virtus V, 455.
† petit aequor uterque procursu medium atque hausta vestitur harena. tum madidos artus alterno pulvere siccant VI, 848.	ille cavis hausto spargit me pulvere palmis, inque vicem fulvae tactu flavescit harenae m. IX, 35.
† collaque demersere umeris et bracchia late vara tenent VI, 850.	bracchiaque opposui, tenuique a pectore varas in statione manus m. IX, 33.
† frontemque umerosque latusque collaque pectoraque et vitantia crura lacessit VI, 860.	et modo cervicem modo crura micantia captat aut captare putes, omnique a parte lacessit m. IX, 37.

---

tum genero, ne laudis egens, iubet ardua necti tempora Thebarumque ingenti voce citari victorem VI, 921.	tum satus Anchisa cunctis ex more vocatis victorem magna praeconis voce Cloanthum declarat viridique advelat tempora lauro V, 244.

Finem certaminum, si pueros excipimus, in Aeneide (V, 485—545) faciunt qui sagittandi periti sunt. hos quidem omisit Statius, sed a se impetrare nullo modo potuit, ut omitteret miraculum illud, quod in sagittando Acestae accidisse Aen. V, 520—30 Vergilius narrat. postremo enim Argivi, postquam omnes certaverunt, Polynicem, *ne victoria desit una ducum numero*, ut quasi solus, quocum nemo certare posset, summam iaculandi vel sagittandi artem praestaret, adhortati sunt. cui obsequenti simile quid quod Acestae evenit: nam sagitta, quam in arborem direxerat, arbori non infixa ad pharetram rediit (Theb. VI, 935—41.)

penitus latet exitus ingens VI, 944.	docuit post exitus ingens V, 523.

Reliqui versus, quamvis non congruant in utroque carmine, tamen omnino aliquam similitudinem servant.

---

§ 4. Quoniam certaminum in utroque carmine fere eandem esse rationem demonstravimus, nunc, quomodo funera Archemori et Pallantis, Euandri filii, finitima sint, exponendum est. quae quamquam adeo congrua sunt, ut de imitatione ne minimae quidem dubitationi locus sit, tamen, quoniam de dispositione agimus, aliquid inter ea interest: siquidem Pallantem cum in proelio, non in itinere mortuum esse notum sit, res, quae narrantur, in carminibus non eosdem locos obtinent. describuntur funera

Theb. VI, 25—225: Aen. XI, 40—200

hoc modo:

† clara laboriferos caelo Tithonia currus extulerat vigilesque deae pallentis habenas . . . . iam plangore viae, gemitu iam regia mugit flebilis . . . . sedet ipse VI, 25.	Aurora interea miseris mortalibus almam extulerat lucem referens opera atque labores; iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon constituere pyras XI, 182.
orba parens, lacerasque super procumbere nati reliquias ardet VI, 35.	Pallanta . . . procubuit super atque haeret lacrimansque gemensque XI, 149.
† Tristibus interea ramis teneraque cupresso damnatus flammae torus et puerile feretrum texitur: ima virent agresti stramina cultu; proxima gramineis operosior area sertis et picturatus morituris floribus agger: . . . . summa crepant auro Tyrioque attollitur ostro molle supercilium . . . . medio Linus intertextus acantho letiferique canes; opus admirabile semper oderat atque oculos flectebat ab omine mater VI, 54.	haut segnes alii crates et molle feretrum arbuteis texunt virgis et vimine querno extructosque toros obtentu frondis inumbrant . . . . tum geminas vestes auroque ostroque rigentis extulit Aeneas, quas illi laeta laborum ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido fecerat XI, 64.
† nec inhospita vitibus ulmus VI, 106.	amictae vitibus ulmi m. X, 100.

† fixum matri inmotumque manebat VI, 160.	si mihi non animo fixum inmotumque sederet IV, 15.

versus VI, 202—226 referendi sunt ad Aen. XI, 186—200.

† iam face subiecta primis in frondibus ignis VI, 202.	subiectisque ignibus atris XI, 186.
† tunc septem numero turmas (centenus ubique surgit eques) VI, 213.	tres equitum numero turmae ternique vagantur ductores V, 560.
† versis ducunt insignibus ipsi Graiugenae reges VI, 214.	omnes et versis Arcades armis XI, 93.
† lustrantque ex more sinistro orbe rogum et stantis inclinant pulvere flammas. ter curvos egere sinus, inlisaque telis tela sonant VI, 215.	ter circum accensos cincti fulgentibus armis decurrere rogos, ter maestum funeris ignem lustravere in equis XI, 188.
† raptumque suis libamen ab armis quisque iacit, seu frena libet seu cingula flammis mergere seu iaculum summae seu cassidis umbram II, 224.	hic alii spolia occisis derepta Latinis coniciunt igni, galeas ensesque decoros frenaque ferventisque rotas; pars munera nota, ipsorum clipeos et non felicia tela XI, 193.

Atque lamentationes, in quas prorumpit de Archemoro mortuo Hypsipyle, simillimae sunt iis, quibus Euryali matrem filii mortem maerentem facit Vergilius.

Theb. V, 608—635: Aen. IX, 481—495.

heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis imperfecta sonis, risusque et murmura? V, 613.	hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille? IX, 481.
aut vos extinguite ferro V, 630.	o Rutuli, me primam absumite ferro IX, 494.

---

§ 5. Restat ut doceam, quomodo in eadem f[illegible] condicione Aeneas et Thoas, quos fugientes [illegible] dem modo celebrant: Aeneam, qui Troia capt[illegible]

antem, Hypsipyles patrem, quem, omnibus insulae viris a Lemniadibus trucidatis, solum filia fuga servat.

Theb. V, 235—95:	Aen. II, 298—725.
†ille quidem dudum . . . agit versans secum, etsi late recessit urbe domus, quinam strepitus, quae murmura noctis, cur fremibunda quies VI, 241.	diverso interea miscentur moenia luctu, et magis atque magis, quamquam secreta parentis Anchisae domus arboribusque obtecta recessit, clarescunt sonitus armorumque ingruit horror II, 298.
ferimur per devia vastae urbis V, 248.	ferimur per opaca locorum II, 725.
† tunc primum sese trepidis sub nocte Thyoneus detexit, nato portans extrema Thoanti subsidia et multa subitus cum luce refulsit. agnovi; V, 265.	cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam optulit et pura per noctem in luce refulsit alma parens, confessa deam II, 589.
adloquitur: »dum fata dabant tibi, nate, potentem V, 271.	addidit ore: »nate, quis indomitas II, 594.
adcelerate fugam, tuque, o mea digna propago, hac rege, virgo, patrem, gemini qua bracchia muri litus eunt, illa, qua rere silentia, porta stat funesta Venus ferroque accincta furentes adiuvat . . . . tu lato patrem committe profundo. succedam curis«. ita fatus in aera rursus solvitur et nostrum, visus arcentibus umbris, mitis iter longae claravit limite flammae V, 278—86.	eripe, nate, fugam finemque inpone labori II, 619. hic Iuno Scaeas saevissima portas prima tenet, sociumque furens a navibus agmen ferro accincta vocat II, 612. nusquam abero et tutum patrio te limine sistam II, 620. dixerat, et spissis noctis se condidit umbris II, 621. tum longo limite sulcus dat lucem II, 697.

Cap. II.

His expositis de itinere Argivorum, nunc, ut dispositionem eorum quae gesta esse dicuntur apud Thebas et in Italia, conferendo illustremus, singula, quae ex Aeneide sumpta esse videntur, enumeranda puto.

Ac primum Theb. lib. VIII et Aen. lib. IX primam par-

tem communem habent. Argivi enim subita et mira Amphiarai morte afflicti eodem modo pervigilant trepidi noctem in castris, quo Troiani a Rutulis obsessi, quorum impetum Aenea absente per diem vix sustinuerant. atque dum hi anguntur, summo gaudio victoriae se committunt Thebani pariter atque Rutuli:

At non Sidoniam diversa in parte per urbem nox eadem: vario producunt sidera ludo ante domos intraque, ipsaeque ad moenia marcent excubiae; gemina aera sonant, Idaeaque terga et moderata sonum vario spiramine buxus VIII, 218.

ast illos centeni quemque secuntur purpurei cristis iuvenes auroque corusci. discurrunt variantque vices fusique per herbam indulgent vino et vertunt crateras aënos. conlucent ignes, noctem custodia ducit insomnem ludo IX, 162.

hae res quamquam non prorsus eaedem sunt, tamen comparari quodammodo possunt. atque in utrisque castris et Argivorum et Troianorum duces, hic Mnestheus Serestusque illic Adrastus, curis vexati animos oculosque intendunt, ut hostes insolentes observent et audiant. nocte peracta concilium convocant, ut, quid faciendum sit, deliberent. Theb. VIII, 275: Aen. IX, 227.

---

§ 2. Expeditione, quae deinde sequitur in Aeneide (IX, 220—447) Nisi et Euryali, Statius usus est ad componendum librum Thebaidos decimum. Neque sine arte hanc Aeneidos partem imitatione expressit, nam non solum in describendo ab exemplo suo deflexit, sed etiam rem ipsam ingenio ita finxit, ut duae fierent: caedi hostium, quam faciunt Nisus et Euryalus, respondet impetus a Thiodamante, Agylleo, Actore sociisque triginta Argivis noctu in Thebanos factus, atque morti illorum iuvenum sors Hoplei Dymantisque, qui in quaerendis in campo et servandis corporibus Parthenopaei Tydeique, quorum comites fuerant, ab Amphione occisi sunt. in Aeneide igitur eadem res partim bene partim male, in Thebaide altera bene altera male gesta est.

Primum agamus de caede: Nisus et Euryalus profecturi ut Aeneam revocent, hostes somno solutos caedunt (A. IX

315—60): Argivi Thiodamante, Agylleo, Actore ducibus Thebanos necopinantes trucidant (Theb. X, 270—340). priusquam excedunt ex castris, quamquam non isdem causis adducti, arma permutant (Theb. X, 255—60: Aen. IX, 300—305). caedes ipsae similes esse videntur his in versibus:

hunc temere explicitum stratis X, 277.	qui forte tapetibus altis extructus IX, 325.
coetibus hos mediis vina inter et arma iacentes X, 279.	passim somno vinoque per herbam corpora fusa vident . . . simul arma iacere, vina simul IX, 316.
	temere inter tela iacentis IX, 329.

inserta est hic utrique carmini similis comparatio, qua res plana fiat (Theb. X, 290—92. Aen. IX, 338—40).

Atque ut in Aeneide primum res a Niso (IX, 320—40) deinde res ab Euryalo (IX, 340—50) gestae describuntur, ita in Thebaide primum caedes a Thiodamante deinde ab Agylleo, Actore sociisque edita X, 270—95. 295—320.

Singula, quae consentiunt, sunt haec:

stagnant nigrantia tabo gramina, sanguineis nutant tentoria rivis X, 298.	atro tepefacta cruore terra torique madent IX, 333.
traxerat insomnis cithara ludoque suprema sidera, iam nullos visurus Alimenus ortus . . . . huic languida cervix in laevum cogente deo X, 304.	et iuvenem Serranum, illa qui plurima nocte luserat . . . multoque iacebat membra deo victus IX, 335.
undique manant sanguine permixti latices et Bacchus X, 312. expulit . . . vina cruor X, 322.	purpuream vomit ille animam et cum sanguine mixta vina refert moriens IX, 349.
Danaus caput amputat Hebri X, 315.	tum caput ipsi aufert domino IX, 332.
subter iuga fida rotasque X, 318.	inter lora rotasque viros IX, 318.
iamque ipsum defecit opus, cum providus Actor Thiodamanta vocat: »Satis haec inopina Pelasgis gaudia X, 329.	breviter cum talia Nisus (sensit enim nimia caede atque cupidine ferri) »absistamus« ait, ... »poenarum exhaustum satis est IX, 353.

Qua re gesta Hopleus et Dymas, qui caedi interfuerunt, sociis reversis maximam operam dant, ut corpora Partheno-

paei et Tydei reperiant; reperta tollunt in umeros atque cum onerati castra repetant, sub lucis ortum ab Amphione, quem Eteocles rex cum equitum turma miserat exploraturum, quid agerent Argivi, non secus atque Nisus et Euryalus caeduntur.

Tractemus nunc singula:

utrobique Lunam deam adorant, ut luce se adiuvet:

»arcanae moderatrix Cynthia noctis, si te tergeminis perhibent variare figuris numen et in silvas alio descendere vultu, ille comes nuper . . . . quaeritur« X, 365.

»tu, dea, tu praesens nostro succurre labori, astrorum decus et nemorum Latonia custos. si qua tuis unquam . . . . dona tulit, si qua . . . . hunc sine me turbare globum IX, 404.

lux diei impedit, ne res bene perficiatur:

prope saeva dies X, 381.

lux inimica propinquat IX, 355.

iam castra vident armisque propinquant . . . . subiti cum pulveris umbra et sonus a tergo X, 385.

iamque propinquabant castris murosque subibant, cum procul hos laevo flectentis limite cernunt IX, 371.

verba hostium similia sunt:

subitus mox fraude reperta exclamat: »cohibete gradum, quicunque«; sed hostes esse patet, miseri pergunt anteire, timentque non sibi X, 392.

conclamat ab agmine Volcens: »state, viri. quae causa viae? quive estis in armis? quove tenetis iter?« nihil illi tendere contra, sed celerare fugam in silvas IX, 375.

alter statim occiditur: Theb. X, 400 Hopleus, Aen. IX, 431 Euryalus; alter sese defendere conatur.

dubius, precibusne subiret an armis instantes: arma ira dabat; fortuna precari non audere iubet X, 406.

quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis eripere IX, 399.

Quemadmodum Nisus ut Euryalo, ita Dymas ut Parthenopaei corpori parcatur, hostes obsecrat. Theb. X, 423—30. Aen. IX, 425—30:

rogat, en rogat ipse iacentes vultus: ego infandas potior satiare volucres. me praebete feris: ego bella audere coegi X, 427.

»me me (adsum qui feci), in me convertit[illegible]rrum, o Rutuli! mea fraus om[illegible]ihil iste nec ausus nec pot[illegible]27.

Postremo cadit uterque:

sic ait, et magno proscissum [illegible] tum [illegible] mum sese pro-

vulnere pectus iniecit puero, supremaque murmura volvens X, 439.

iecit amicum confossus placidaque ibi demum morte quievit IX, 444.

Atque gloriam iuvenum, qui summam praestiterunt virtutem, uterque poeta hymno quodam celebrat:

par insigne animis, Aetolus et inclitus Arcas, egregias efflant animas, letoque fruuntur. vos quoque sacrati, quamvis mea carmina surgant inferiore lyra, memores superabitis annos X, 443.

fortunati ambo! siquid mea carmina possunt, nulla dies unquam memori vos eximet aevo, dum domus Aeneae Capitoli inmobile saxum accolet imperiumque X, 446.

Conf. denique

et abscisos sociorum ostendere vultus X, 452.

quin ipsa arrectis ... in hastis praefigunt capita et multo clamore secuntur Euryali et Nisi IX, 465.

Accedit quod se ipse Statius quodammodo confitetur imitatorem extremis descriptionis verbis (X, 447):

Forsitan et comites non aspernabitur umbras
Euryalus Phrygiique admittet gloria Nisi.

---

§ 3. Iam videamus, quomodo causa belli in utroque carmine eadem fere sit. fabulae sunt simillimae. priusquam enim bellum committeretur, nihil omissum est a Troianis et Thebanis, quod servandae paci inserviret. atque res iam eo processerat, ut bellum amoveri posse videretur, cum subito mirum in modum exarsit in Thebaide et in Aeneide. ut enim odiis positis Thebani irati, quod tigres geminae mansuetae, quas Liberi sacerdotes curaverant, ab hostibus vulneratae ac paene occisae erant, summo pugnandi ardore inflammati concurrerunt, ita, quod Ascanius, Allecto auctore, quae iam Turni animum ad pugnandum accenderat, cervum mitem sagitta fixerat, infensi agricolae Troianos aggressi sunt.

describuntur haec Theb. VII, 560—600. Aen. VII, 480—500.

In Thebaide Erinnys, in Aeneide Allecto »primae molitur semina pugnae«. Theb. VII, 562. Aen. VII, 476.

errabant geminae ... tigres VII, 564.

illas turba dei seniorque ex more sacerdos sanguinis oblitas, atque Indum gramen olentes, palmite maturo variisque ornare corymbis curat et alterno maculas interligat ostro VII, 568.

quippe nihil grassata fames, manus obvia pascit, exspectantque cibos VII, 574.

illae autem longo cum limite fusi sanguinis ad portas utrimque exstantia ducunt spicula semianimes, gemituque imitante querelas, saucia dilectis acclinant pectora muris VII, 595.

cervus erat forma praestanti VII, 483.

quem matris ab ubere raptum nutribant Tyrrhusque pater ... adsuetum imperiis soror omni Silvia cura mollibus intexens ornabat cornua sertis pectebatque ferum puroque in fonte lavabat VII, 484.

ille, manum patiens mensaeque adsuetus erili, errabat silvis VII, 490.

saucius at quadrupes nota intra tecta refugit successitque gemens stabulis questuque cruentus atque imploranti similis tectum omne replebat VII, 500.

---

§ 4. Denique in eo secutus est Vergilium Statius, quod lectores ad inferos ducit. quamquam enim, quae in libro VI Aeneidos et in libro VIII Thebaidos enarrantur, varia sunt, cum hic Amphiaraus vivus cum armis equisque subito Tartarum ingrediatur moriturus, illic Aeneas descendat rediturus, tamen uterque poeta in fabula explicanda id sine dubio agit, ut res pingat infernas. Singula minus consentiunt.

Cap. III.

In hoc capite nonnulla leviora argumenta, quae communia sunt his poetis, tangere mihi liceat.

1) Primum prodigia, quae fiunt Argivis in itinere, ex Georgicon libro primo composita sunt.

Theb. VII, 405—25 : G. I, 470—90.

ferunt diros monitus volucresque feraeque ... 404.

aversique suis decursibus amnes 405.

obscenaeque canes importunaeque volucres signa dabant 470.

sistunt amnes 479.

infestumque tonat pater, et mala fulgura lucent 406.	caelo ceciderunt plura sereno fulgura 487.
terrificaeque adytis voces 407.	maestum inlacrimat templis ebur 480.
nunc sanguineus ... imber 408.	aut puteis manare cruor 485.
et subiti Manes flentumque occursus avorum 409.	et simulacra modis pallentia miris visa sub obscurum noctis 478.

2) Item Atys, quem inducit Statius, tamquam alter Coroebus esse videtur, nam amore adductus maximo uterque, ille Ismenes, hic Cassandrae, bellum init:

Theb. VIII, 555—605 : Aen. II, 341—425.

quamquam ipsa descriptio plerumque differt.

3) Quomodo Thebas Argivi, castra Rutuli oppugnent, simillime narratur

Theb. X, 520—40 : Aen. IX, 500 ss.

hi praefixa solo vellunt munimina: at illi portarum obiectus minuunt, et ferrea sudant claustra remoliri ... pars ima lacessunt scrutanturque cavas caeca testudine turres 525.	adcelerant acta pariter testudine Volsci et fossas implere parant ac vellere vallum. quaerunt pars aditum et scalis ascendere muros 505.
At Tyrii, quae sola salus, caput omne coronant murorum, nigrasque sudes et lucida ferro spicula et arsuras caeli per inania glandes saxaque in adversos ipsis avulsa rotabant moenibus 531.	interlucetque corona non tam spissa viris 508. telorum effundere contra omne genus Teucri ac duris detrudere contis ... saxa quoque infesto volvebant pondere, siqua possent ... 510.

4) Pugna in limine portae commissa (Theb. X, 491—95) deprompta esse videtur ex Aen. XI, 880—90. Argivi enim ut Troiani secundo Marte pugnaverant tanta fortitudine, ut cum hostibus repulsis in urbem invaderent.

ocius omnis porta coit; solas dum tardius arctat Echion Ogygias, audax animi Spartana iuventus irrupit, caesique ruunt in limine primo X, 494.	qui cursu portas primi inrupere patentis, hos inimica super mixto premit agmine turba; nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso .... confixi expirant animas XI, 879.

LIB. IV.

DE DESCRIPTIONE RERUM HOMINUMQUE.

Cap. I.

§ 1. Argumentis uberius expositis progredior ad eas res, quibus in describendis, non in disponendis imitatus est Statius Vergilium et Ovidium. nam saepissime isdem fere verbis, quibus in Aeneide, in Thebaide res enarrantur sola serie rerum mutata prout Statio videbatur. qua in re multos Aeneidos, paucos Metamorphoseon locos expressos legimus.

Inprimis hic commemoranda sunt ea, quae ad bellum inter Thebanos et Argivos pariter atque inter Troianos et Rutulos gestum spectant. in iis enim rebus explicandis multum studii et ingenii inpendit Statius, ut plurima eorum, quae eximia arte picta in Aeneide legimus, repeteret: eadem pugnarum genera, idem casus, idem exitus, ordo tantum Statii proprius. sed quo propius ad exemplum suum accedere studet, eo longius in hac quoque re sequitur.

Cum enim Vergilius aptissime pugnas ita evolvat, ut totum bellum ad summum furorem et ad finem perducant Turnus et Aeneas inter se certantes, ad quos celebrandos vires suas reservat et colligit, Statius in parvis rebus explicandis, quas supra modum et verum extollit, suas et alienas artes ita consumit, ut, cum fratres summo furore inflammatos inter se concurrere necesse esset, inops ingenii et consilii sit, venatoris similis, qui in bestiolas tela iam omnia effuderit, cum bestia occurrit.

§ 2. Quomodo imitatus sit Statius in pugnis enarrandis Vergilium et interdum Ovidium, apparet ex his locis:

dextraque trabalem hastam intorsit agens, liquido quae stridula caelo fugit IV, 6.[17])	et iaculum attorquens emittit in auras IX, 52.
† ter... scandente iuba IV, 130.	cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram sustinet VII, 785.
triplici velaverat ostro surgentes etiamnum umeros, et levia mater pectora VIII, 565. hoc neverat unum mater opus IX, 691.	et tunicam, molli mater quam neverat auro, X, 818.
† bella horrida nobis IV, 601.	bella, horrida bella VI, 86.
stabat et admoti nixus Polynicis in hastam V, 19.	stabat acerba fremens ingentem nixus in hastam Aeneas XII, 398.
† ille propinquabat silvis et ab aggere celso scuta virum cristasque videt rutilare comantis, qua laxant rami nemus adversaque sub umbra flammeus aeratis lunae tremor errat in armis. obstipuit visis, ibat tamen, horrida tantum spicula et inclusum capulo tenus admovet ensem. ac prior »unde, viri, quidve occultatis in armis?« . . . . nec reddita contra vox II, 529.	iamque propinquabant castris murosque subibant, cum procul hos laevo flectentis limite cernunt et galea Euryalum sublustri noctis in umbra prodidit inmemorem radiisque adversa refulsit. haut temere est visum. conclamat ab agmine Volcens: »state, viri, quae causa viae? quive estis in armis? quove tenetis iter?« nihil illi tendere contra, IX, 371.[18])
huc ferus atque illuc animum pallentiaque ira ora ferens II, 545.	accessum lustrans huc ora ferebat et illuc VIII, 229.
† ibit ovans Argos II, 621.	per Elidis urbem ibat ovans VI, 589. (cf. Sil. Ital. III, 409.)
subit ore cavo Teumesia cornus II, 624.	volat Itala cornus aëra per tenerum stomachoque infixa sub altum pectus abit IX, 699. (cf. met. XII, 451).
fratris ... sustentans dextraque latus II, 630.	frater subit Alcanor fratremque ruentem sustentat dextra X, 339.

---

[17]) His verbis signum et initium pugnae describitur. nonnullos enim locos, quod in his quoque imitatio plana est, attuli ex pugna illa, quam Tydeus, Polynicis legatus, commisit cum iis, quos Eteocles in insidiis collocavit Theb. II, 450—743.

[18]) cf. ea, quae supra de Hopleo et Dymante explicata sunt Lib. II, cap. II, § 2. hunc enim locum Aeneidos bis imitatus est Statius.

nullique tuum penetrabile ferro pectus II, 653.	quod iuveni corpus nullo penetrabile telo m. XII, 166.
quercus erat . . . aggere camporum medio . . . huic leves galeas perfossaque vulnere crebro inserit arma ferens, huic truncos ictibus enses subligat et tractas membris spirantibus hastas II, 707.	ingentem quercum . . . . constituit tumulo fulgentiaque induit arma . . . . aptat rorantis sanguine cristas telaque trunca viri et bis sex thoraca petitum perfossumque locis clipeumque ... subligat XI, 5.
† arma, arma viri, ... arma para III, 348.	arma, viri, ferte arma II, 668.
† proicite arma manu; deus, ecce, furentibus obstat, ecce deus III, 643.	proice tela manu VI, 835. deus, ecce, deus VI, 46.
† at non mea volnera ... effugies V, 565.	at non hoc telum ... effugies IX, 747.
et summas libavit vertice cristas V, 587.	summasque excussit vertice cristas XII, 493.
† totumque in vulnere corpus V, 598.	uunmque erat omnia vulnus m. XV, 529.
† rotantur saxa, faces aliique iterum crateres, ubique ingentes morientum irae VI, 536.	iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat I, 150.
densis iam fida ad moenia versas insequitur telis VII, 592.	sic densis ictibus heros creber . . . pulsat versatque V, 459.
ter, quater adducto per terga, per ilia telo transigit VII, 594.	ter quater exegit repetita per ilia ferrum m. IV, 734.
cominus ense petit VII, 605.	cominus hostem ense petens m. XII, 130.
et laevum iuvenis transverberat inguen VII, 635.	tum laevom perforat inguen X, 589.
utinam ipse veniret, cui furis VII, 679.	utinam rex ipse . . . . adforet Aeneas I, 575.
hos iam ignorantes terit impius axis, at illi vulnere semineces . . venturum super ora vident VII, 763.	semineces volvit multos aut agmina curru proterit XII, 329.
trepido tamen agmine matres conscendunt muros VII, 240.	stant pavidae in muris matres VIII, 592.
nuntius hortanti diversa in parte maniplos Adrasto . . . Palaemon advolat VIII, 134.	ductori Turno diversa in parte furenti turbantique viros perfertur nuntius IX, 691.
iam clipeus clipeis, umbone re-	haut aliter Troianae acies acies-

pellitur umbo, ense minax ensis pede pes et cuspide cuspis VIII, 398[19]).

abstulit ex umero dextram Calydonius Agreus Phegeos: illa suum terra tenet improba ferrum et movet VIII, 441.

ignaro cui tunc Thebana bipennis in galeam librata venit: finduntur utrimque tempora dividuique cadunt in bracchia crines VIII, 488.

nam tela regit viresque ministrat Amphitryoniades VIII, 499.

tunc auro phaleras, auroque sagittas cingulaque et manicas . . . presserat et mixtum cono crispaverat aurum VIII, 567.

leviter digitis imbelle solutis abiecit iaculum VIII, 585.

intorquet iaculum, duro quod in aere moratum transmissumque tamen clipei stetit orbe secundo IX, 104.

hanc tibi Tydeus, Tydeus ipse rapit (sc. manum) IX, 137.[20]

morientumque ora furenti Hippomedon proculcet equo VIII, 661.

ille nihil contra; sed stridula cornus in hostem it referens mandata ducis VIII, 681.

que Latinae concurrunt; haeret pede pes densusque viro vir X, 360.

te decisa suum, Laride, dextera quaerit semianimesque micant digiti ferrumque retractant X, 395.

sublatum alte consurgit in ensem et mediam ferro gemina inter tempora frontem dividit inpubesque immani volnere malas IX, 749.

Iuno vires animumque ministrat IX, 764.

cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum, aurea purpuream subnectit fibula vestem IV, 138.

telumque imbelle sine ictu coniecit II, 544.

et haesurum clipei curvamine telum misit in Aeaciden, quod et aes et proxima rupit terga novena boum, decimo tamen orbe moratum est m. XII, 95.

Pallas te hoc volnere, Pallas immolat et poenam . . . sumit XII, 948.

aeger in hostem erigitur pedibusque virum proculcat equinis m. XII, 374.

set non et Troius heros dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem X, 584. (cf. IX, 632 ecfugit horrendum stridens adducta sagitta . . . transigit. »i, verbis virtutem inlude superbis! bis capti Phryges haec Rutulis reponsa remittunt.«)

---

19) cf. cum pede pes iunctus m. IX, 44; premitur pede pes Enn. 558. (in his Vergilius Ennium, Vergilium Statius secutus est.)

20) res prorsus eadem est; nam non Hippomedon Aeneasque pro amicis mortuis sed Pallas et Tydeus ipsi quamvis mortui hostes ulcisci dicuntur.

densis iam consitus hastis ferratum quatit umbo nemus VIII, 705.

ter secum Troius heros inmanem aerato circumfert tegmine silvam X, 887.

quid haeres? imus? IX, 166.

imus in adversos: quid cessas? XI, 389.

sternit Iona Chromis, Chromin Antiphos, Antiphon Hypseus, Hypseus Astyagen IX, 252.

Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus, Turnus Ityn Cloniumque (sc. sternit) IX, 573.

telumque immane lacerto hortatur librans: »ades o mihi, dextera, tantum tu praesens bellis et inevitabile numen, te voco IX, 547.

quam (hastam) dextra ingenti librans ita ad aethera fatur XI, 556. dextra mihi deus et telum, quod missile libro, nunc adsint X, 773.

it tremebunda abies clipeum per et aerea terga loricae, tandemque animam sub pectore magno deprendit IX, 552.

at clipeum, tot ferri terga, tot aeris, quem pellis totiens obeat circumdata tauri, vibranti cuspis medium transverberat ictu loricaeque moras et pectus perforat ingens X, 482.

at pugna ereptis maior crudescit utrimque regibus IX, 670.

quam magis effuso candescunt sanguine pugnae VII, 788.

praebent obnixi pectora ferro IX, 674.

dedit obvia ferro pectora XII, 540.

ecce secat zephyros ingentem fraxinus iram fortunamque ferens: teli non eminet auctor ... nec prodidit ipse VIII, 717.

ecce viro stridens alis adlapsa sagitta est incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta ... nec sese Aeneae iactavit volnere quisquam XII, 319.

non forma Lamum, non infula Lygdum ... texerunt IX, 764.

nec te tua plurima, Panthu, labentem pietas nec Apollinis infula texit II, 429.

hunc sine me ... sternere humi IX, 815.

hunc sine me turbare globum IX, 409.

nunquam cassa manus, nullum sine vulnere fugit missile IX, 770.

quotque emissa manu contorsit spicula virgo, tot Phrygii cecidere viri XI, 676.

hactenus Ogygias satis infestasse catervas, Parthenopaee, satis IX, 812.

sit satis, Aenide, telis impune Numanum oppetiisse tuis IX, 650.

labimur, i, miseram, Dorceu, solare parentem IX, 885.

at tu, oro, solare inopem (parentem) et succurre relict IX, 290.

lavare vulnera et undantem lacrimis siccare cruorem X, 716.

volnera siccabat lymphis X, 834.

tandem umeris obnixus Acron et pectore toto pronus Alimenides ferratae robora portae torserunt .... par operis iactura lucro, quippe hoste retento exclusere suos X, 509.

portam vi magna converso cardine torquet, obnixus latis umeris, multosque suorum moenibus exclusos duro in certamine linquit; ast alios IX, 724 (cf. exclusi ante oculos lacrumantumque ora parentum XI, 887.)

lustrantem moenia curru X, 544.

lustrat equo muros aditumque per avia quaerit IX, 58.

lora excussa manu, retroque in terga volutus semianimos artus ocreis retinentibus haeret; .... arma trahuntur fumantesque rotae tellurem et tertius hastae sulcus arant: longo sequitur vaga pulvere cervix et resupinarum patet orbita longe comarum X, 546.

fertur equis curruque haeret resupinus inani, lora tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur per terram et versa pulvis inscribitur hasta I, 476.

nomine te crebro, te solum in proelia poscens XI, 245.

quod si me solum Teucri in certamina poscunt XI, 434.

illa viam medium clipei conata per orbem non perfert ictus, atque alto vincitur auro XI, 501.

illa per orbem aere cavom triplici, per linea terga tribusque transit .... sed viris haut pertulit X, 783.

hasta subit velox equitis femur inter equique ilia XI, 509.

per medium stridens (hasta) transit femur XII, 926.

immugitque cruentis vulneribus, nec verba diu temptata sequuntur XI, 601.

lingua tacet nec vox temptataque verba sequuntur m. XI, 326 (cf. nec vox aut verba secuntur XII, 912.)

adnixi iaculis et humi posita arma tenentes expectant II, 525.

stant longis adnixi hastis in scuta tuentes castrorum et campi medio IX, 229.

† atque imas animae mucrone corusco scrutatus latebras I, 614.

tum latebras animae pectus mucrone recludit X, 601.

quos una dies, manus abstulit una III, 148.

una dies Fabios ad bellum miserat omnes: ad bellum missos perdidit una dies f. II, 235.[21])

---

[21]) cf. auferat hora duos eadem m. VIII, 709. una dies dabat exitio Lucr. V, 997. multa dies in bello conficit unus Enn. 297.

† ardua conlatis obnixi cornua miscent frontibus, alternaque truces moriuntur in ira IV, 399.	illi alternantes multa vi proelia miscent volneribus crebris .... versaque in obnixos urgentur cornua ... alter victus abit g. III, 220. (cf. illi inter sese multa vi volnera miscent cornuaque obnixi infigunt XII, 720.)
† saniemque et vulnera fratrum miscebo patremque super spirantibus addam V, 128.	natumque patremque cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem IV, 605.
† Amazonio Scythiam fervere tumultu, lunatumque putes agmen descendere V, 144.	Amazonidum lunatis agmina peltis I, 490, magnoque ululante tumultu feminea exultant lunatis agmina peltis XI, 662.
huc saxa sudesque armaque maesta virum atque infectos caedibus enses subvectant V, 352.	praefodiunt alii portas aut saxa sudesque subvectant XI, 473.
illi ... pars clipeis munire ratem, pars aequora fundo egerere; V, 381.	sponte tamen properant alii subducere remos, pars munire latus, pars ventis vela negare. egerit hic fluctus m. XI, 486.
rapit ingenti conamine saxum, quo discretus ager, vacuasque impellit in auras arduus Hippomedon, quo turbine bellica quondam librati saliunt portarum in claustra molares. cassa ducis virtus, nam mollia colla refusus in tergum serpens venientem exhauserat ictum V, 558.	dixit dextraque molarem sustulit et magnum magno conamine misit. illius impulsu cum turribus ardua celsis moenia mota forent; serpens sine vulnere mansit, loricaeque modo squamis defensus et atrae duritia pellis validos cute reppulit ictus m. III, 59. saxum circumspicit ingens, saxum antiquum ingens, campo quod forte iacebat, limes agro positus, litem ut discerneret arvis XII, 896.
et nigri sanie perfusa (hasta) cerebri V, 573.	sparsoque infecta (arma) cerebro V, 413.

---

§ 3. Similis fere est ratio earum rer[illegible] quae non ad bellum pertinent, quibus in describendis [illegible]oetae saepe utuntur isdem verbis. sed priusquam quan[illegible]itatio singulis locis demonstrem, quae in univer[illegible]eferenda sunt commemoro.

Loca enim omnia, quibus magnae res gerendae sunt, paucis describuntur, ne locus, quo quid fiat, lectori ignotus sit. plerumque hae descriptiones sunt eae, ut ordine verborum ipso conspicuae sint, nam nulla coniunctione addita incipiunt a verbo esse vel ab eo substantivo, quod caput rei est. exempla, quae collegi, sunt haec:

est locus (Inachiae dixerunt Taenara gentes) qua II, 32.

stat super ... lucus iners, subterque X, 84.

lucus Agenorei sublimis ad orgia Bacchi stabat ach. I, 593.

urbe fuit media ... ara deum XII, 482.

quercus erat tenerae iam longum oblita iuventae II, 707.

nota ... quercus erat IX, 585.

stabat gramineae producta crepidine ripae ... fraxinus IX, 494.[22])

est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt I, 530. III, 163.

est in secessu longo locus I, 159.

lucus in urbe fuit ..., laetissimus umbrae I, 441.

silva vetus stabat nulla violata securi m. III, 28.

ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus II, 513.

turris erat vasto suspectu IX, 530.

His praemonitis transeo ad singulos quos contuli locos: plurimi ex his congruunt ita, ut alterum ex altero ortum esse censeam.

antra deserit ... inde plagam, qua molle sedens in plana Cithaeron porrigitur ... praeterit. hinc arte scopuloso in limite pendens infames Scirone petras Scyllaeaque rura ... mitemque Corinthon linquit I, 329.	deserit angustis inclusum faucibus Isthmon, Cypselidae magni florentia regna Corinthi; praeterit abruptas Scironis protinus arces ... linquitur ante alias longe gratissima Delos cir. 463.
† ore minatur hiemps, venti transversa frementes I, 348.	mutati transversa fremunt ... venti V, 19.
† ast alii tenebras et opacam vincere noctem adgressi tendunt auratis vincula lychnis I, 520.	dependent lychni laquearibus aureis incensi et noctem flammis funalia vincunt I, 726.

22) reliquos locos vide apud Luehr. l. l. pag. 31 ss.

† laeto regalia coetu atria conplentur II, 215.	fremida regalia turba atria conplentur m. V, 2.
† hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis, Gargara desidunt surgenti et Troia recedit, stant maesti comites, frustraque sonantia lassant ora canes umbramque petunt et nubila latrant I, 548.	quem praepes ab Ida sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis; longaevi palmas nequiquam ad sidera tendunt custodes saevitque canum latratus in auras V, 254.
congressi inque vicem dextras iunxere locumque, quo serere arcanas aptum atque evolvere curas, insidunt, prior his dubios compellat Adrastus II, 149.	congressi iungunt dextras mediisque residunt aedibus et licito tandem sermone fruuntur. rex prior haec VIII, 467.
† iungunt ... in foedera dextras VI, 290.	coeant in foedera dextrae XI, 292.
† et vivis certantia vultibus aera II, 216.	vivos ducent de marmore vultus VI, 849.
pater ipse bicornis in laevum prona nixus sedet Inachus urna II, 217.	caelataque amnem fundens pater Inachus urna VII, 792.
necdum post flammea toti intepuere tori II, 341.	strataque quae membris intepuere tuis ep. X, 64.
et oscula maestis tempestiva genis posuit II, 354.	dulcia deinde genis rorantibus oscula figens cir. 253.
constitit in mediis II, 389.	media sublimis in aede constitit m. XV, 674.
fert via per dumos propior qua calle latenti praecelerant densaeque legunt compendia silvae II, 496.	olli per dumos, qua proxuma meta viarum, armati tendunt VIII, 594 (cf. sed per compendia montis anticipata via est m. III, 234.)
† lecta dolis sedes: gemini procul urbe malignis faucibus urgentur colles, quas umbra superne montis et incurvis claudunt iuga frondea silvis; insidias natura loco caecamque latendi struxit opem; medias arte secat aspera rupes semita, quam subter campi devexaque latis arva iacent spatiis II, 497.	est curvo anfractu valles, adcommoda fraudi armorumque dolis, quam densis frondibus atrum urget utrimque latus, tenuis quo semita ducit angustaeque ferunt fauces aditusque maligni. hanc super in speculis summoque in vertice montis planities ignota iacet tutique receptus XI, 522.
concretis infando sanguine plumis II, 507.	concretos sanguine crines II, 277.

questibus implet agros III, 51.	maestis...loca questibus implet g. IV, 515.
sic ore miserrimus uno exoritur fragor III, 123.	unoque omnes eadem ore fremebant XI, 132.
accensa turba furit III, 125.	furit omnis turba m. III, 122.
† aut ponto miseros involvere nautas III, 323.	aqua involvens navemque virosque VI, 336.
fragor intonat ingens III, 669.	iterum fragor increpat ingens VIII, 527.
sed iura deum genitalia testor teque pater III, 689.	testor, cara, deos et te, germana IV, 492.
† ipse deum genitor tibi me miseratus ab alto mittit II, 115.	ipse deum tibi me claro demittit Olympo regnator IV, 268.
† dicta dies aderat IV, 13.	expectata dies aderat V, 104.
iamque erit ille dies VIII, 206.	en erit unquam ille dies e. VIII, 7.
circum pueri innuptaeque[23]) patresque IV, 16.	pueri innuptaeque puellae g. IV, 476. a. VI, 307. pueri circum innuptaeque puellae II, 238.
nec modus est lacrimis IV, 18.	lacrimis nullus adesse modus tr. I, 9, 38.
† hic senior vates .... velleris obscuri pecudes armentaque sisti atra monet .... inclinat Bacchi latices et munera verni lactis IV, 443.	quattuor hic primum nigrantis terga iuvencos constituit frontique invergit vina sacerdos VI, 243.
† hunc iuxta cumulo minor ara profundae erigitur Cereri; frontes atque omne cupressus intexit plorata latus. iamque ardua ferro signati capita et fru-	et ingens aggeritur tumulo tellus III, 62. ingentem struxere pyram, cui frondibus atris intexunt latera et feralis ante cupressos constituunt VI, 215.

[23]) *pueri innuptaeque* in codd. BM, *nuptaeque* in P, quam lectionem Mueller coll. Theb. III, 114 *nuptae exanimes puerique*, illam non Statium sed librarios ex Verg. Aen. II, 238 vel VI 307 sumpsisse ratus, in textum recepit. sed haec causa parum valet. primum enim non intellegitur, cur non Statius ipse secutus sit Vergilium, praesertim cum ad hunc locum *innuptaeque* multo melius quadret quam *nuptaeque*. deinde non assequor, quomodo documento sit Theb. III, 114, ubi cum decesserit de stata formula poeta, cum lugeant uxores earumque pueri, condicio prorsus alia est. gravioris momenti sunt verba, quae leguntur Silv. I, 1, 12 *pueri innuptaeque puellae*. quam ob rem cum de formula *pueri innuptaeque*, nisi sensus repugnet, constet, codd. BM lectio est praeferenda.

gum libamine puro in vulnus cecidere greges IV, 459.

dant fruges manibus salsas et tempora ferro summa notant pecudum paterisque altaria libant XII, 173.

ite in operta soli IV, 693.

telluris operta subire VI, 140.

† sed magnis resonat vagitibus Ide IV, 785.

implevique sacram querulis ululatibus Iden ep. V, 73. iam dudum resonat tinnitibus Ide f. IV, 207.

ibi exultans conclamat ab agmine primus .... Argus »aquae!« longusque virum super ora cucurrit clamor »aquae«! IV, 802.

Italiam primus conclamat Achates, Italiam laeto socii clamore salutant III, 523. conclamat ab agmine Volcens IX, 375. variusque per ora cucurrit ... fremor XI, 296.

atque illae non segnius omnes erumpunt tectis, summasque ad Pallados arces impetus V, 99.

nec non ad templum summasque ad Palladis arces subvehitur magna matrum regina caterva XI, 477.

† lucus ... opacat humum niger ipse V, 152.

ubi pinguem dives opacat ramus humum VI, 195.

† iam iamque teneri credit et elusos audit concurrere morsus V, 168.

iam iamque tenet similisque tenenti increpuit malis morsuque elusus inani est XII, 754 (cf. similisque tenenti non tenet et vanos exercet in aëra morsus m. VII, 785.)

† caeruleo gravidam cum Iuppiter imbri ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgae sistit agens; inde horror aquis, et raptus ab omni sole dies, miscet tenebras .... obnixi lacerant cava nubila venti diripiuntque fretum, nigris redit umida tellus' verticibus V, 362.

tum mihi caeruleus supra caput astitit imber noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris. continuo venti volvont mare magnaque surgunt aequora .... involvere diem nimbi et nox umida caelum abstulit III, 194. eripiunt subito nubes caelumque diemque Teucrorum ex oculis I, 88 (cf. Hom. μ 403.)

† quis protinus unda concolor 365. totumque notis portantibus aequor pendet et aequato iamiam prope sidera dorso frangitur, incertae nec iam

fluctibus erigitur caelumque aequare videtur po[illegible] et inductas aspergine tang[illegible]bes; et modo, cum ful[illegible] imo verrit arenas, conc[illegible]llis,

prior impetus alno, sed labat extantem rostris modo gurgite in imo nunc caelo Tritona ferens V, 368.	.... et nunc sublimis veluti de vertice montis despicere in valles imumque Acheronta videtur: nunc ubi demissam curvum circumstetit aequor, suspicere inferno summum de gurgite caelum m. XI, 497.
	hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens terram inter fluctus aperit, furit aestus harenis I, 106.
laevas dextrasque obtorquet in undas proram V, 414.	contorsit laevas proram Palinurus ad undas III, 562.
hospitibus patuere fores V, 449.	et hospitibus ianua nostra patet f. V, 502.
et clementior auster vela vocat V, 468.	aurae vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro III, 356.
illos .... spumea porrecti dirimentes terga profundi prosequimur visu V, 481.	prosequor infelix oculis abeuntia vela ep. V, 55.
† terrigena exoritur serpens,... livida fax oculis, tumidi stat in ore veneni spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci dentis, et auratae crudelis gloria fronti prominet V, 506.	Martius anguis erat, cristis praesignis et auro; igne micant oculi, corpus tumet omne veneno, tresque vibrant linguae, triplici stant ordine dentes m. III, 32.
	draconem, qui crista linguisque tribus praesignis et uncis dentibus m. VII, 149.
† utinam plures innectere pergas, Phoebe, moras V, 743.	causasque innecte morandi IV, 51.
dat sonitum tellus, nemorumque per avia densi dissultant nexus V, 565.	maximus intonat aether, dissultant ripae VIII, 239.
† illum .... floribus et vernis adsuetae spargere nymphae, et Nemees reptatus ager lucosque per omnis silvicolae fracta gemuistis harundine, fauni V, 579.	illum ruricolae, silvarum numina, fauni.... et nymphae flerunt m. VI, 392.
resonant ululatibus aedes V, 697.	resonant late plangoribus aedes XII, 607 (cf. gemituque et femineo ululatu tecta fremunt,

	resonat magnis plangoribus aether IV, 667.
† tunc aperit, quis fulmen agat, quis sidera ducat spiritus, unde animi fluviis, quae pabula ventis, quo fonte immensum vivat mare, quae via soles praecipitet, noctem quae porrigat, imane tellus VI, 360.	hic canit errantem lunam solisque labores, unde hominum genus et pecudes, unde imber et ignes, ... quid tantum Oceano properent se tinguere soles hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet I, 742.
	quid deus, unde nives, quae fulminis esset origo, Iuppiter an venti discussa nube tonarent, quid quateret terras, qua sidera lege mearent, et quodcunque latet m. XV, 69.
† et longi suspendunt ilia flatus VI, 473.	imaque longo ilia singultu tendunt g. III, 506.
† proelia villosis ineunt complexibus ursi VI, 869.	villosis pellibus ursae m. XII, 319.
ocius impingit Tyriis Danaa agmina muris VII, 28.	cum Troïa Achilles exanimata sequens impingeret agmina muris V, 804.
terrarum exuviae circum et fastigia templi captae insignibant gentes, caelataque ferro fragmina portarum bellatricesque carinae, et vacui currus protritaque curribus ora VII, 55.	multaque praeterea sacris in postibus arma, captivi pendent currus curvaeque secures et cristae capitum et portarum ingentia claustra spiculaque clipeique ereptaque rostra carinis VII, 183.
unde pulvereo stant astra globo VII, 124.	iam pulvere caelum stare vident XII, 407.
stat triste pecus VII, 437.	stat pecus omne metu mutum XII, 718.
qui fulminis ignes infestumque Iovem clipeo fumante repellat VIII, 76.	Iovis cum fulmina contra tot paribus streperet clupeis X, 567.
frustraque manus cum voce tetendi VIII, 146.	et caelo palmas cum voce tetendit II, 688.
dextramque ad moenia tendens XII, 255.	dextram sub moenia tendit XII, 579.
coronatumque merum VIII, 225.	et vina coronant I, 724.

nigrantes terga pecudes obscuraque mergit armenta VIII, 339.	caedit .... totidem nigrantis terga iuvencos V, 97.[24]
iam gaudia magnae testantur voces IX, 177.	gaudia testantur socii clamore secundo m. VIII, 420.
lucentesque auro tunicas IX, 691.	tunicam squalentem auro X, 314.
ambrosio tum spargit membra liquore IX, 731.	spargitque salubris ambrosiae sucos XII, 418.
peplum etiam dono ... ferunt X, 56.	crinibus Iliades passis peplumque ferebant I, 480.
vanae nec monstra quietis nec somno comperta loquor X, 205.	nec sopor illud erat III, 173.
Amphion, regi qui facta reportent.... mittit ovans X, 449.	mittitque viros, qui certa reportent IX, 193.
atria femineis trepidant ululata querelis X, 567.	lamentis gemituque et femineo ululatu tecta fremunt IV, 667.
diceret infelix etiamnum et cuncta repleret questibus; abducunt comites famulaeque perosam solantes thalamoque tenent X, 815.	illam [25] incendentem luctus Idaeus et Actor Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli corripiunt interque manus sub tecta reponunt IX, 500.
consulta, pater, iam rebus in artis aggredior XI, 156.	nunc ad te et tua magna, pater, consulta revertor XI, 410.
volat aequore aperto XI, 203.	illi aequore aperto ... volant XII, 333.
heu dolor! heu iusto magis exaudita parentis vota malaeque preces! XI, 616.	et nulli exaudita deorum vota precesque meae XI, 157.
spirantes super inferias captiva Pelasgum corpora frenatosque pater, solacia sorti bellorum, mactabat equos XII, 68.	addit equos et tela, quibus spoliaverat hostem. vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris inferias caeso sparsurus sanguine flammas XI, 80.
quare iterum repetens, iterumque edico XII, 100.	et repetens iterumque iterumque monebo III, 436.
et abreptum comites in tecta ferebant (Creontem) XII, 104.	famuli collapsum in tecta ferebant (Euandrum) VIII, 584.
quo semet ab agmine fido segreget XII, 183.	comitum seductus ab agmine fido m. III, 379.

---

[24]) cf. pag. 58.

[25]) Intellegendae sunt matres, quae filios deflent, summo dolore affectae.

iam prope deficiens sic inchoat XII, 245.	et iam deficiens sic ad tua verba p. I, 3, 9.
per tibi furtivi sacrum commune doloris, per socios manes et conscia sidera iuro XII, 392.	per tibi ego hunc fortem castumque cruorem perque tuos manes f. II, 842. et conscia sidera testor IX, 429.
ipsa manu ramosque oleae, vittasque precantes tradit XII, 468.	praeferimus manibus vittas ac verba precantia VII, 237.
† quas (urbes) Doricus alligat intus Isthmos et alterno quas margine summovet infra II, 182.	quaeque urbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo, exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo m. VI, 419.
dum Lernaea palus et dum pater Inachus ibit, dum Nemea tremulas campis iaculabitur umbras V, 748.	in freta dum fluvii current, dum montibus umbrae lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet I, 607.

Accedunt nonnulli loci, quibus quamquam imitatus est Vergilium Statius, tamen consulto in imitando variis ex causis de exemplo decessisse videtur:

insomnem ludo certatim educere noctem suaserat II, 74.	noctem custodia ducit insomnem ludo IX, 166.

similiter atque Statius locutus est Val. Flacc. I, 251 *dulcibus adloquiis ludoque educite noctem.*

accensae stimulis maioribus irae XI, 497.	arrectae stimulis haud mollibus irae XI, 452.

cum Vergilius saepissime adhibuerit verbum arrigendi, prorsus deest in Statii carminibus; dictionem *stimulis accendere* Romanis non fuisse inauditam apparet ex Tacit. hist. III, 45 *stimulis accendebatur*; atque *stimulare et accendere* dixit Plinius in epistulis.

Hi sunt quos collegi loci omnes, neque t[illegible] omnibus aeque perspicuam imitationem doceri concedo. [illegible]m saepius locos, quibus aliquo modo de hominibus [illegible] numerare opus erat: nam cum omnino difficill[illegible] quae

ad homines, quae ad res spectant, discernere, omnes, nisi quibus homines, quales sint, dicuntur, attuli.

Cap. II.

§ 1. Iam videamus de hominibus, in quibus describendis Statius prope ad Vergilium et Ovidium accessit. sed cum ex proposito hic singula tantum pertractentur, quibus homines illustrantur, mitto eos homines, qui, ubicunque inducuntur, idem videntur; de his dixi supra Lib. II, Cap. 2. neque ii omnes, qui ad tempus similes reperiuntur, respiciendi sunt, nam de iis, qui pugnantes eadem specie, isdem moribus sunt, quaesivimus. sed accedo ad locos conferendos:

† ibit ovans Argos? II, 621.	per Elidis urbem ibit ovans VI, 589.
audet iter magnique sequens vestigia mutat Herculis, et tarda quamvis se mole ferentem vix cursu tener aequat Hylas V, 441.	dextrae se parvus Iulus inplicuit sequiturque patrem non passibus aequis II, 723. vasta se mole moventem III, 656. magna se mole ferebat VIII, 199.
unde haec, Ismene, repente ira tibi? IX, 476.	unde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido? VI, 373.
vestri feriunt cava tympana patres IX, 800.	tympana vos buxusque vocat Berecynthia Matris IX, 619.
† Tydea per latos umeros ambire laborant exuviae, Calydonis honos I, 489.	haec fatus latos umeros subiectaque colla veste super fulvique insternor pelle leonis II, 722.
† stupet omine tanto defixus senior divina oracula Phoebi agnoscens monitusque datos vocalibus antris. obtutu gelida ora premit laetusque per artus horror iit, sensit .. adfore, ... quos augur Apollo portendi generos I, 490.	talibus Ilionei dictis defixa Latinus obtutu tenet ora soloque immobilis haeret .... et veteris Fauni volvit sub pectore sortem, hunc ... portendi generum VII, 249.
huic primis et pubem ineuntibus annis mira decore pios servabat nata penates, intemerata toris I, 571.	sola domum et tantas servabat filia sedes, iam matura viro, iam plenis nubilis annis VII, 52.

† **mansere comae** propexaque mento canities II, 97.	non comptae **mansere comae** VI, 48.
durum Eteoclea cernit sublimem **solio saeptumque** horrentibus **armis** II, 384.	**saepta armis solioque** alte subnixa resedit I, 506.
satis **ostro** dives **et auro** conspicuus II, 406.	**ostro**que insignis **et auro** IV, 134.
attonitae tectorum e culmine summo prospectant **matres**[26]) II, 479.	**attonitae** monstris ... conclamant (**matres**) V, 659.
canitiem inpexam dira tellure volutans III, 138.	**canitiem** multo deformat pulvere X, 844.
inprovisus adest III, 347.	**inprovisus adest** IX, 49.
aureus ille sanguis avum scopulisque **satae** vel **robore gentes** III, 559. cf. IV, 276. 340.	**gens**que virum truncis et duro **robore nata** VIII, 315.
† et **primo** plorantis **limine** natos III, 579.	infantumque animae flentes, in **limine primo** VI, 427.
accinctae gentes **animis**que **paratae** III, 610.	convenere, **animis** opibusque **parati** II, 799.
† quae me **prius ima** sub umbras mergat humus? V, 634.	set mihi vel tellus optem **prius ima** dehiscat IV, 24.
auroque coruscis mixta viris IV, 9.	iuvenes **auroque corusci** IX, 163.
† regina ... huc tristis et illuc lumine **sanguineo pinum** disiectat et ardens erectam attonitis implet **clamoribus** urbem IV, 380.	ipsa inter medias flagrantem fervida **pinum** sustinet ... **sanguineam** torquens aciem torvumque repente **clamat** VII, 397.
† largis **umectant** imbribus **ora** IV, 591.	guttisque **umectat** grandibus **ora** XI, 90.
Aonius **vates**: »Tyriae **dux inclite** Thebes IV, 610.	tum **vates** sic orsa loqui: »**dux inclute** Teucrum VI, 562.
† **diva** potens nemorum (nam te **vultus**que pudorque **mortali** de stirpe negant) succurre .... seu te Latonia casto de grege transmisit thalamis, seu lapsus ab astris IV, 746.	o — quam te memorem virgo? namque hau tibi **vultus mortalis**, nec vox **hominem** sonat; o **dea** certe, an Phoebi soror? an nympharum sangui[illegible]? I, 327.
sic erecta **genas aciem**que **offusa** trementi **sanguine** V, 95.	at trepida et coep[illegible] effera Dido, **sang**[illegible]

---

26) cf. Hor. car. III, 2, 6. *illum ex moenibus* [illegible] *lantis tyranni prospiciens.*

	vens aciem maculisque trementis interfusa genas IV, 642.
manifestus in agmine supra est Amphitryoniades V, 400.	et toto vertice supra est XI, 683. Turnus ... toto vertice supra est VII, 783.
sed non sedato pectore Tydeus subicit: »anne ducem V, 671.	sedato pectore Turnus »incipe IX, 740. olli sedato respondit corde Latinus XII, 18.
longum quibus hinc per saecula nomen V, 747.	aeternumque tenet per saecula nomen VI, 235.
o mihi sollicitum decus ac suprema voluptas VII, 363.	care puer, mea sera et sola voluptas VIII, 581.
carbaseique sinus, et fibula rasilis auro Taenariam fulva mordebat iaspide pallam VII, 658.	sinusque crepantis carbaseos fulvo in nodum collegerat auro XI, 775. rasilis huic summam mordebat fibula vestem m. VIII, 318.
quantum subito diversus ab illo, qui VII, 706.	quantum mutatus ab illo Hectore, qui II, 274.
caesoque infamis fratre Polites VII, 757.	caeso genitore infamis Agyrtes m. V, 148.
obscuraque fronti vitta manet, ramumque tenet morientis olivae VIII, 88.	induit albos cum vitta crinis, tum ramum innectit olivae VII, 417.
o primis puer inclite bellis Arcas VIII, 744 (sc. Parthenopaeus).	hic inclutus armis Parthenopaeus[27]) VI, 480.
genua aegra trahens IX, 43.	genua aegra trahentem V, 468.
nec te gens aspera ritu IX, 610.	gens dura atque aspera cultu V, 730.
prosilit in medios, visu audituque tremendus impatiensque dei, fragili quem mente receptum non capit: exundant stimuli nudusque per ora stat furor X, 164.	At, Phoebi nondum patiens immanis in antro bacchatur vates, magnum si pectore possit excussisse deum: tanto magis ille fatigat os rabidum, fera corda domans VI, 77.
gaudet in adversis animoque assurgit Adrastus X, 227.	hic patris Aeneae suspensam blanda vicissim gaudia pertemptant mentem V, 828.[28])

---

[27]) Parthenopaeus in Aeneide apud inferos.
[28]) utrique duci afflicto animus redit.

sic imperfecta locutus effugit X, 734.	fugit, cumque ipso verba imperfecta reliquit m. I, 526 (cf. ep. XIII, 13.)
stant tristes horrore comae X, 606.	arrectaeque horrore comae IV, 280. XII, 868.
steteruntque ambo et vox haesit utrimque X, 688.	steteruntque comae et vox faucibus haesit II, 774.
quid meruit Capaneus? XI, 249.	quid meruit frater? m. II, 291.
at genetrix primam funestae sortis ut amens expavit famam, nec tarde credidit, ibat scissa comas vultuque et pectore nuda cruento, non sexus decorisve memor XI, 315.	at subitus miserae calor ossa reliquit, excussi manibus radii revolutaque pensa. evolat infelix et femineo ululatu, scissa comam, muros amens.... non illa virum, non illa pericli telorumque memor IX, 475.
at interea ferro post terga revinctas Antigonen, viduamque ... Adrastida XII, 677.	ecce manus iuvenem interea pos terga revinctum II, 57.
inanem[29]) mentis Oresten I, 476.	egentem mentis Oresten tr. II, 395.
felices[30]) ambo XI, 36.	fortunati ambo IX, 446.
prono virgulta refringit[31]) pectore I, 379.	refringit virgulta pede vago Catull. LXIII, 86.

§ 2. Haec de descriptionibus congruentibus. sed priusquam finem faciam, nonnulla commemoranda sunt, quae non prorsus ad hanc rem pertinent. sunt enim loci, qui solis verbis magis quam sensu congruant; quos nunc tractabo:

ter Cadmea phalanx torvum abduxere cadaver, ter retrahunt Danai IX, 140.	bis Tusci Rutulos egere ad moenia versos, bis reiecti armis XI, 630.
quater axe sereno intonuit, quater antra dei fumantis anhelos exeruere apices V, 87.	quater ipso in limine portae substitit atque utero sonitum quater arma dedere II, 243.
† tantane me tantae tenuere oblivia curae V, 625.	quae tantae tenuere morae II, 282.

29) Consulto deflexit ab exemplo suo Statius.

30) *felices* Statius pro *fortunati*, cum pergat *sed* [illegible] *ille quem genuisse iuvat.*

31) cf. Luehr. l. l. pag. 4.

† necdum etiam responsa deum monitusque vetusti exciderant V, 645.

necdum etiam causae irarum saevique dolores exciderant animo I, 25.

nec causae latuere patrem VII, 154.

nec latuere doli fratrem I, 130.

ipse sedens telis pariterque ministrat habenis VII, 752.

ipse sedens clavomque regit velisque ministrat X, 218.

cur autem ego sanguine fraudes, et periura luam regalis crimina noxae? X, 586. cf. XI, 272.

satis iam pridem sanguine nostro Laomedonteae luimus periuria Troiae g. I, 501.

ipsa etiam genetrix, ipsaeque odere sorores XI, 294.

odit et ipse pater Pluton, odere sorores VII, 327.

et pollice docto stamina... sociaverat XI, 401.

tum stamina docto pollice sollicitat m. XI, 170.

sceptri si tanta cupido est XI, 433.

nostri si tanta cupidost VII, 263.

heu quantus furto cruor[32] III, 164.

heu, heu quantus equis, quantus adest viris sudor Hor. car. I, 15, 9. o quantus instat navitis sudor tuis Hor. ep. X, 15.

Dircen ... posthabitis velit incoluisse Mycenis XII, 115.

quam Iuno ... omnibus unam posthabita coluisse Samo I, 16.

hunc ego te, coniux, ... aspicio? XII, 322.

hunc ego te, Euryale, aspicio? IX, 481.

† stare adeo miserum est VI, 400.

usque adeone mori miserum est? XII, 646.

arte quadam rhetorica similes sunt:

teneo aeternumque tenebo VIII, 510.

sedet aeternumque sedebit VI, 617.

hortatur Capaneus: »satis occultata, Pelasgi delituit virtus; nunc, nunc X, 482.

hortatur Mnestheus: »nunc nunc insurgite remis V, 189.

---

[32]) cf. Luehr l. l. pag. 18.

LIB. V.

DE APPARATU MYTHOLOGICO.

Cap. I.

§ 1. Gravissime dolendum est, quod studia doctorum virorum in rebus mythologicis adhuc parum profecerunt. nam nec quae per totum populum Romanum olim pervulgata fuerint, nec quae singuli poetae contulerint ad ea, quae acceperint, satis definitum est. quas ob causas, quibus in rebus mythologicis Statius cum Vergilio et Ovidio congruat, facili quidem negotio demonstrare possumus, sed quid ex hac congruentia concludendum sit, num videatur orta esse ex imitatione Vergiliana et Ovidiana an alia ex causa, aegre diiudices.

Vergilium, priusquam ad Aeneida componendam accederet, rebus mythologicis, quae opus essent, cognoscendis maximam operam dedisse constat, neque solum Graecos poetas, et Alexandrinos quos dicimus et Homerum, accuratissime pertractasse, sed etiam Romanos inde ab Ennio usque ad Lucretium et suos aequales.[33] Ab hoc studiorum cumulo Statius alienus fuisse videtur, qui cum quanta diligentia, quanta scientia cum in aliis tum in his rebus illustrandis Vergilius esset, sentiret, eum in fabulis explicandis praecipuum ac paene unicum habuit auctorem, pauciora ex Ovidii carminibus hausit. quod quamquam certis argumentis confirmari non potest, cum eundem fere apparatum mythologicum his poetis esse intellexerim, quaecunque inter

---

[33]) cf. Macrob., ubi I, 24, 10—12 legitur: *ego* (*Verg.*) *vero frequen*[illegible] *a te* (*Augusto*) *litteras accipio*; et infra: *de Aenea quidem meo, si* [illegible] *hercle iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem, sed* [illegible] *inchoata res est, ut paene vitio mentis tantum opus ingressus mihi* [illegible] *cum praesertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus multoque* [illegible] *impertiar.*

Vergilium Ovidiumque et Statium congruunt, exceptis si quae in usu omnium poetarum vel Romanorum fuerunt, non quod eosdem fontes adhibuerint, sed quia hic illos ipsos imitatus sit, congruere contendo. atque adeo, si quae leguntur apud Statium, quae iam antea nonnullis locis reperiuntur, tamen ab aliis atque ab his eum mutuatum esse nego. ne ea quidem, quae cum in omnium poetarum carminibus, in quibus fieri potest, occurrant et omnibus Romanis nota fuisse verisimile sit, ad imitationem docendam vix apta sunt, prorsus neglegenda esse putavi: sunt enim, de quibus certum iudicium fieri non possit.

Itaque in singulis rebus pertractandis primum ea enumerabo, quae imitationem certo aperiunt, deinde ea, quae aliquid dubii habent. neque ea tantum collegi, quibus plerique dicunt apparatum mythologicum effici, nomina et attributa deorum; sed potius id egi, ut omnem rationem nominandi, describendi, inducendi deos, quae his poetis communis est, illustrarem, quamquam hoc modo tractantur, quae non ad mythologiam ipsam pertinere videntur.

Cum certa via disponendae causae desit, primum deos, qui in Olympo habitant, deinde ceteros, tum heroes similesque, denique reliqua mythologica perquiram.

§ 2. Priusquam ad singulos accedo deos, eandem fere rationem inter eos esse eosque ad res quas enarrat in Thebaide fere idem valentes facere Statium atque Vergilium demonstrandum est. nam Ovidium hac in re, sicut in Thebaidos dispositione quam tractavimus, exemplum non fuisse par est.

Sicut in ipso initio Aeneidos, ut de hac re breviter dicam, Iuno in Iovem infesta est atque Aeneam perdere studet, ita Statius eam Iovi, qui totam Cadmeam gentem a stirpe revellere velit, resistentem fingit initio Thebaidos I, 244—50:

belli mihi semina sunto Adrastus socer et superis, a, iuncta sinistris conubia. hanc etiam poenis incessere gentem decretum; neque enim arcano de pectore fallax Tantalus et saevae periit iniuria mensae. sic pater omnipotens. ast illi saucia dictis flammato versans ino-

pinum corde dolorem talia Iuno refert: »mene, o iustissime divum, me bello certare iubes?«

En habes inter Iovem et Iunonem intercedentes easdem contentiones, quas multis locis Aeneidos, cf. Aen. I, 40—70. 275—85. — Neque solum animo et studio suas uterque partes fovet, sed etiam auxilio adiuvat, ita ut Iuno ipsa pugnae intersit et Iuppiter vel ipse res regat vel mittat, qui administrent et mandata peragant. — Theb. IX, 510—20: Aen. X, 610—20 Iuno Iovem precibus flectit ut parcat Turno (in Aeneide) et Hippomedonti (in Thebaide), qui Hippomedon, quamvis Argivus, Iunoni est carus. cum enim per totam Aeneida Iuno Troianos oderit, in Thebaide non semper ab isdem stat: haec multo facilius et prius precibus eorum, qui in summis periculis versantur, movetur, quam illa, cuius irae perdurant.

Atque simillimo modo Iuppiter, ut fata rata fiant, Mercurium mittit, Theb. VII, 6. Aen. IV, 222, qui Troianos ad iter faciendum hortetur, ad Argivos inflammandos Martem vocet: hos nimium tempus ludis, illos in urbe Carthaginiensium consumere Iuppiter censet. cum res in summis angustiis versantur, Iuppiter deos, quibus consilia sua aperiat, convocat Aen. X, 4. Theb. I, 197, quibus in conciliis quae comprobata et constituta sunt, perfert vel perficit Mercurius Aen. I, 295. Theb. I, 292. VII, 1—20: haec omnia ita narrantur, ut non multum differant.

Sed non solum Iovem verum etiam ceteros deos in Thebaide aeque atque in Aeneide interesse rebus gerendis apparet ex his exemplis, quae apte consentiunt; nam etiamsi non semper idem dii sunt, tamen eadem agentes inducuntur:

Theb. VIII, 500: Aen. IX, 790—815; ut Hercules, qui Haemonem in Tydeum adiuvat, e pugna cedit, quod Pallas accurrit, ita Iuno recedere cogitur a Iove, quae Turnum adiuvat in Troianos; et quo modo Iuno recedit, [illegible] Diana a Marte repulsa a pugna desistit Theb. IX, 835. [illegible] enim, quae hoc loco interest inter Dianam et Iunonem, [illegible] quam plerumque in Aeneide reperimus inter Iunonem [illegible]rem.

Theb. VII, 155—190: Aen. X, 20—60. preces Veneris et Bacchi fere eaedem sunt; hic ut Thebas, illa ut castra Troianorum servet, Iovem obsecrat.

Theb. VII, 737: Aen. IX, 745. Apollo et Iuno, ne volnera inferant, tela (ille Hypsei in Hersen aurigam, haec Pandari in portam) detorquent.

Theb. IX, 710—30: Aen. XII, 130—50. Dianae, quae Parthenopaeo auxilium fert, respondet Iuno Turnum adiuvans.

Theb. VIII, 687: Aen. X, 435. Erinnys et Iuppiter, ut omnia, quomodo fato destinata sunt, fiant, prohibent, ne Eteocles a Tydeo, Pallas a Lauso occidatur, nam illum cum fratre, hunc cum Turno pugnantem casurum esse in fatis erat.

Theb. VIII, 345: Aen. VII, 325—40. furiae mittuntur, ut ardorem pugnae accendant.

Denique id agunt Statius et Vergilius, ut magnam rem et difficilem dicturi precibus Musas adeant, quae sibi adsint Theb. IV, 35. VII, 628. X, 630: Aen. X, 163. IX, 525. VII, 641, quae preces non multum inter se differunt. Qua in re secuntur morem inde ab Andronici tempore in poesin Romanam introductum et a plerisque poetis receptum.

Cap. II.

§ 1. Singulos deos ita persequar, ut, quas partes agant, quae nomina et attributa habeant idem dii in his carminibus communia, accurate explicem. initium facio a diis superioribus, in his primo a Iove.

Iuppiter:

iurat per Stygem:

horrendos etenim latices, Stygia aequora fratris obtestor, mansurum et non revocabile verbum I, 290.

dixerat idque ratum Stygii per flumina fratris, per pice torrentis atraque voragine ripas adnuit IX, 104. cf. X, 113.

concilium deorum habet:

At Iovis imperiis rapidi super atria caeli lectus concilio divum convenerat ordo interiore polo. spatiis hinc omnia iuxta, primaeque occiduaeque domus, et fusa sub omni terra atque unda die; mediis sese arduus infert ipse deis, placido quatiens tamen omnia vultu I, 197.

concussitque caput, motu quo celsa laborant sidera VII, 3.

veniam donec pater ipse sedendi tranquilla iubet esse manu. mox turba vagorum semideum et summis cognati nubibus amnes et compressa metu servantes murmura venti aurea tecta replent. mixta convexa deorum maiestate tremunt, radiant maiore sereno culmina et arcano florentes lumine postes. postquam iussa quies siluitque exterritus orbis, incipit ex alto. I, 204.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi, conciliumque vocat divom pater atque hominum rex sideream in sedem, terras unde arduus omnis castraque Dardanidum aspectat populosque Latinos. considunt tectis bipatentibus, incipit ipse X, 1.

totum nutu tremefecit Olympum IX, 105 = X, 115. cf. Cat. LXIV, 206 concussitque micantia sidera mundus.

tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas, infit — eo dicente deum domus alta silescit et tremefacta solo tellus, silet arduos aether, tum zephyri posuere, premit placida aequora pontus —: »accipite ergo« X, 100.

mittit Mercurium mandata perlaturum:

quare impiger alis portantes praecede notos, Cyllenia proles, aera per liquidum, regnisque illapsus opacis dic patruo I, 292. (cf. I, 303. VII, 5.)

aethera vultu torquet, et astriferos inclinat Iuppiter axes VIII, 83.

Haec ait et Maia genitum demittit ab alto, ut terrae atque novae pateant Carthaginis arces hospitio Teucris, ne fati nescia Dido finibus arceret I, 297.

regnator, caelum ac terras qui numine torquet IV, 269. cf. IX, 93.

---

nomina Iovis:

tonans[34]) II, 69. II, 71. II, 220. IV, 13. IV, 294. IV, 783. VI, 193. VI, 282. VII, 24. VII, 329. VIII, 74. = f. IV, 585. VI, 349. ep. IX, 7. m. I, 170. II, 466. XI, 198. | regnator Olympi VIII, 41. = a. II, 779. VII, 558. X, 437. | pater omnipotens I, 248. X, 634. XI, 134 = g. II, 325. a. I, 60. IV, 25. VI, 592. VII, 141. VIII, 398. [illegible].

34) non ante Ovidium, neque unquam apud Vergilium.

XII, 178. m. I, 154. II, 401. III, 336. IX, 271. (item iam Lucr. V, 399). | summus pater IX, 22. = a. I, 665. | pater VII, 406. = a. VI, 780 (p. superum). VII, 558. | Saturnius parens II, 358: Saturnius pater a. IV, 372. m. I, 163[35]). | deum genitor II, 115. = a. VII, 306. (cf. Cat. LXIV, 27 divom genitor). | summe deorum terrarumque sator I, 179. deum sator V, 22. sator optime divum XI, 248: hominum sator atque deorum a. I, 254. XI, 725.[36]) | Iuppiter altus III, 317. = art. II, 38. f. VI, 188.

Iuno:

infesta in Iovem, inimica Troianis et Thebanis:

Quid faciat (Iuno)? scit fata suis contraria Graiis aversumque Iovem, sed nec periisse precatus tantaque dona velit; tempus tamen obvia magni fors dedit auxilii; videt alto ex aethere clausa moenia et insomni vallum statione teneri X, 70.

cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus haec secum: mene incepto desistere victam, nec posse Italia Teucrorum avertere regem? I, 36.

ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis saeva Iovis coniunx aurasque invecta tenebat et laetum Aeneam classemque ex aethere longe Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno VII, 286.

mittit Irin, quae iussa perficiat:

suamque orbibus accingi solitis iubet Irin, et omne mandat opus: paret iussis dea clara, polumque linquit et in terras longo suspenditur arcu X, 80.

tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem difficilisque obitus Irim demisit Olympo, . . . ergo Iris croceis per caelum roscida pinnis, mille trahens varios adverso sole colores, devolat a. IV, 693.

Irim de caelo misit Saturnia Iuno Iliacam ad classem, ventosque adspirat eunti, multa movens necdum anticum saturata dolorem. illa viam celerans per mille coloribus arcum V, 606.

nomina Iunonis:

Iuno iniqua[37]) III, 184 = a. VIII, 292. | Iuno saeva I, 12: saevissima Iuno a. II, 612. (cf. adnot. 37.) | Iuno aspera XI,

[35]), [36]) Similia iam antea leguntur interdum apud Catullum et Ennium; 'sator' appellatūr a Pacuv. Perib. 295 et a Cicer. Tusc. II, 9.

[37]) quod et in Thebaide et in Aeneide, quae sibi proposuit, Iunone invita persequitur Iuppiter.

211 = a. I, 279. | Iuno regia[38]) V, 446. VII, 221. VIII, 504. = a. I, 443. p. I, 4, 39. m. VI, 94. XIV, 829. | Saturnia[39]), XII, 134. XII, 311 = a. I, 23. f. I, 265. m. II, 435. III, 271. 293.

---

§ 2. **Mars.**

In fingenda Martis domo Papinius imitatus esse videtur Vergilium Tartarum pingentem Theb. VII, 40: Aen. VI, 265—95. (cf. Aen. VI, 236.)

aequat pugnas:

sic anceps dura belli vice mutua Graiis Sidoniisque simul nectebat vulnera Mavors IX, 566.

iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors funera: caedebant pariter pariterque ruebant victores victique X, 755.

Martis comites:

cui sola vagum per inane ruenti Ira comes, reliqui sudant ad bella Furores IX, 832.

circumque atrae Formidinis ora Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur XII, 336.

vehitur:

turbidus aetherias currus urgebat ad arces III, 222.

Marsque citos iunctis curribus urget equos f. II, 858.

nomina Martis:

pater Gradivus III, 11 = a. III, 35. | Gradivus III, 220. IV, 14. IV, 36. IV. 639. V, 357. VII, 667. IX, 439. IX, 822 = f. II, 861. III, 677. V, 556. m. XIV, 820. | armipotens deus III, 344.: Mars armipotens a. IX, 717. pater armipotens f. II, 481. armipotens (i. e. Mars) f. V, 559. (iam Lucr. I, 32 Mavors armipotens). | bellipotens III, 292. VIII, 384 = a. XI, 8. | bellator deus IV, 356 = a. IX, 721. | saevus Mars VIII, 733 = a. XI, 153.[40])

Minerva. Pallas armisona I, 535 = a. III, 544. | **Tritonia virgo** II, 684. Silv. I, 1, 37. = a. XI, 483. | **Tritonia II, 735.** VIII, 529. = m. II, 783. V, 270. VI, 1. | flava Minerva III, 507. = am. I, 1, 7. tr. I, 10, 1. f. VI, 652. | bellica Pallas VIII, 589 = m. V, 46.

---

[38]) *regina Saturni filia* legitur apud Andronicum.

[39]) iam apud Ennium est.

[40]) haec Martis, Minervae, Apollinis nomina, quae sequuntur, sciam, ante Vergilium fere non sunt adhibita.

§ 3. Apollo. per emeriti surgens confinia Phoebi I, 336: dempserat emeritis iam iuga Phoebus equis f. IV, 688. | Thymbraee I, 643. III, 513. IV, 515 = a. III, 85. | Delius V, 532 = a. III, 162. m. VI, 250. XI, 174. XII, 598. XIII, 650. (item Pseudo-Tibull. III, 4, 79. 6, 8). | Titan IV, 283 = f. I, 617. caelumque retexens Titan V, 296: ubi primos crastinus ortus extulerit Titan radiisque retexerit orbem a. IV, 119.

Diana. pharetrata Diana I, 535 = m. III, 252. ph. virgo am. I, 1, 10. ph. dea ep. XIX, 204. | Delia III, 201 = cul. 110. Ov. ep. IV, 40. m. V, 639 (item Pseudo-Tib. IV, 3, 5). | Latonia IX, 679 = m. I, 696. VIII, 394 (item Cat. XXXIV, 5). | Dictynna IX, 632 = m. II, 441. V, 619 (item Tib. I, 4, 25. Helv. Cinna ed. Mueller p. 87. Cir. 245. 305). | Latonia cultrix IV, 425: nemorum cultrix, Latonia virgo a. XI, 557. | Trivia VI, 608[41]) = a. VI, 13. VI, 35. m. II, 416.

---

§ 4. **Mercurius.** devolat in terram:

Paret Atlantiades dictis genitoris et inde summa pedum propere plantaribus inligat alis, obnubitque comas et temperat astra galero. tum dextrae virgam inseruit, qua pellere dulces aut suadere iterum somnos, qua nigra subire Tartara et exangues animare adsueverat umbras. desiluit, tenuique exceptus inhorruit aura I, 303.

et ingenti designat nubila gyro I, 311.

ille patris magni parere parabat imperio: et primum pedibus talaria nectit aurea, quae sublimem alis sive aequora supra seu terram rapido pariter cum flamine portant. tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco pallentis, alias sub Tartara tristia mittit, dat somnos adimitque et lumina morte resignat a. IV, 238 (cf. m. I, 669).

iterque non agit in rectum sed in orbem curvat eundem m. II, 714.

nomina:

Maia satus II, 1. Maia cretus VI, 699: Maia genitus a. I, 297. Maia natus m. II, 685. Maia creatus m. XI, 303. | Cyllenius II, 89. VII, 34 = a. IV, 252. 276. m. I, 713. II, 720. 818. V, 331. | Tegees alumnus VII, 5: Tegeaeus g. I, 18. | Cyllenia proles VII, 74 = a. IV, 258. | deus ales IV, 605 = m. II, 714.

Iris cf. pag. 74.

---

§ 5. Pluto. patruus I, 295. III, 303. IV, 429 = a. VI, 402. | niger Iuppiter II, 49. niger Dis IV, 291 = m. IV, 438. niger deus ep. II, 72.

---

41) Triviae nomen est iam antea usitatissimum.

Neptunus. Aegaeo Neptunus gurgite fessos in portum deducit equos II, 45: Neptunus Aegaeus a. III, 74.[42] | rex aequoris alti V, 707: rex aquarum m. X, 606. | caeruleum patrem VI, 309. aequoreus pater VI, 529: caeruleo deo f. III, 874.

Bacchus. (hunc) secuntur lynces et uda mero lambunt retinacula tigres IV, 658: quid lynces Bacchi variae g. III, 264. iuga flectit habenis Liber, agens celso Nysae de vertice tigris a. VI, 805. | Lyaeus V, 292 = g. II, 229 (pater Lyaeus a. IV, 58.) | Bromius VII, 651 = m. IV, 11. | Ogygius deus V, 518 = ep. X, 48. | Euhan V, 675 = m. IV, 15. | Euhie II, 72: pars clamant Euhion, 'Euhoe' art. I, 563.[43]

Cybele. Berecyntia mater IV, 782 = a. VI, 784.

Cap. III.

§ 1. Sequitur, ut conferam ea, quae ad ceteros deos spectant, quibus in describendis parum suis viribus nititur Statius; cognomina, cum pauca sint et trita, plerumque omitto, nam ad imitationem demonstrandam nihil valent.

Furias

primas tracto. his easdem quas Vergilius Statius tribuit partes; sed cum omnes congruant, singulae non prorsus eaedem sunt. plerumque enim agentem facit Statius Tisiphonen, quam quasi compositam dixeris ex Allecto et Tisiphone, quae in Aeneide sunt.

omnes:

Tartareas inter ... sorores V, 66.	odere sorores Tartareae monstrum VII, 328.
acuunt fera tela sorores V, 201 (sine adiectivo apud Statium)	sorores nocte genitas m. IV, 451. crinitas angue sorores m. X, 349. vipereasque sorores m. VI, 662.

---

42) is Neptunus intellegendus est, qui plerumque in mari [illegible] versatur. — Ceterum haec nomina usitata sunt.

43) quamquam plerumque nominatus est a prioribus poe[illegible] tamen ea quoque quae enumeravi nomina ab iis non raro [illegible] videntur.

Tisiphone:[44])

centum illi stantes umbrabant ora cerastae I, 103.	tortoque incingitur angue m. IV, 483.[45])
sensit adesse dies, piceo Nox obvia nimbo lucentes turbavit equos I, 97.	solque locum fugit (scil. ubi est) m. IV, 488.
it geminum excutiens anguem et bacchatur utrisque Tisiphone castris VII, 466. angue ter excusso IV, 485. haec vivo manus aera verberat hydro I, 113.	Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra intentans anguis vocat agmina saeva sororum VI, 571. Allecto medias Italum bacchata per urbes X, 41. pallida Tisiphone media inter milia saevit X, 761.
igneus atro ore vapor, quo longa sitis morbique famesque et populis mors una venit; riget horrida tergo palla I, 108.	apparent (sc. Dirae) acuuntque metum mortalibus aegris; siquando letum horrificum morbosque deum rex molitur meritas aut bello territat urbes a. XII, 852. Tisiphone . . . palla succincta cruenta a. VI, 555. Tisiphone . . . induitur pallam m. IV, 483.
†ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cithaeron occurrit caelo, fera sibila crine virenti congeminat, signum terris, unde omnis Achaei ora maris late Pelopeaque regna resultant. audiit et medius caeli Parnasos et asper Eurotas . . . . et geminis vix fluctibus obstitit Isthmos. ipsa suum genetrix curvo delphine vagantem abripuit frenis gremioque Palaemona pressit I, 114—122.	at saeva (Allecto) e speculis tempus dea nancta nocendi ardua tecta petit stabuli et de culmine summo pastorale canit signum cornuque recurvo Tartaream intendit vocem, qua protinus omne contremuit nemus et silvae insonuere profundae; audiit et Triviae longe lacus, audiit amnis sulpurea Nar albus aqua fontesque Velini, et trepidae matres pressere ad pectora natos VII, 511—18.
ubi culmine primum constitit I, 124.	limine constiterat m. IV, 486.
ultrix Tisiphone VIII, 759.	ultrix accincta flagello Tisiphone VI, 570.

cf. XI, 150—55 : a. VII, 445—48.

[44]) nomen praeter Tisiphones nullum est.

[45]) Adhibitus est praeter Vergilium ille Metamorphoseon locus IV, 470—500, ubi Iuno Tisiphonen adit.

§ 2. **Fama**

aeque atque Euryali Parthenopaei mortem nuntiat:

Fama per Aonium rapido vaga murmure campum spargitur in turmas, solito pernicior index, cum lugenda refert, donec, cui maxima fando damna vehit, trepidas lapsa est Polynicis ad aures IX, 32.

nuntia ... perlabitur urbes Fama VI, 1.

interea pavidam volitans pinnata per urbem nuntia Fama ruit matrisque adlabitur auris Euryali IX, 473. cf.: et iam Fama volans, tanti praenuntia luctus, Euandrum Euandrique domos et moenia replet XI, 139.

Reliqua, quae congruunt, sumpta sunt ex Aeneidos libro quarto, ubi egregie et plene pingit Vergilius hanc deam. quamquam Statius pauca illinc mutuatus est, tamen nihil novi addidit; neque enim una oratione neque accurate eam descripsit.

Labdaciumque ducem ... territat II, 210.

et magnas territat urbes IV, 187.

quae tanta licentia monstro, quis furor ? II, 212.

monstrum horrendum ingens IV, 181.

†socias it Fama per urbes, finitimisque agitatur agris II, 205.

extemplo Libyae magnas it Fama per urbes IV, 173 (cf.: Lydia tota fremit, Phrygiaeque per oppida facti rumor it et magnum sermonibus occupat orbem m. VI, 146).

urget enim (Fama) ... facta, infecta loqui III, 430.

pariter facta atque infecta canebat IV, 190.

---

§ 3. **Somnus:**

Domus Somni Theb. X, 83ss. ficta est ex Metamorphoseon libro undecimo. atque non solum domus ipsa simillima est, sed tota res quae in utroque carmine narratur:

Primum, qua in regione sit, dicitur:

Stat super occiduae nebulosa cubilia noctis Aethiopasque alios nulli penetrabilis astro lucus iners, subterque cavis grave rupibus antrum it vacuum in montem, qua desidis atria Somni securumque larem segnis natura locavit X, 84.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu, mons [illegible]s, ignavi domus et pen[illegible]ia Somni: quo nunqu[illegible]s oriens mediusve caden[illegible] bus adire potest [illegible]

sequitur domus:

pressisque silentia pennis muta sedent, abiguntque truces a culmine ventos et ramos errare vetant et murmura demunt alitibus: non hic pelagi, licet omnia clament litora, non illic caeli fragor; ipse profundis vallibus effugiens speluncae proximus amnis saxa inter scopulosque tacet: nigrantia circa armenta, omne solo recubat pecus X, 91—98. limen opaca Quies et . . servant X, 89.

non vigil ales ibi cristati cantibus oris evocat Auroram, nec voce silentia rumpunt sollicitive canes canibusve sagacior anser. non fera, non pecudes, non moti flamine rami humanaeve sonum reddunt convicia linguae. muta quies habitat. saxo tamen exit ab imo rivus aquae Lethes, per quem cum murmure labens invitat somnos crepitantibus unda lapillis m. XI, 597—604.

Somnus ipse:

ipse autem, vacuus curis, humentia subter antra soporifero stipatos flore, tapetas incubat;[46] . . . et corpore pigro strata calent.

at medio torus est, ebeno sublimis in antro, plumeus, unicolor, pullo velamine tectus: quo cubat ipse deus membris languore solutis m. XI, 610—613.

adsunt innumero circum vaga Somnia vultu, vera simul falsis, permixtaque tristia blandis.

tenuis, qui circuit aulam, invalidus nitor X, 106—116.

hunc circa passim varias imitantia formas Somnia vana iacent totidem m. XI, 613.

dubiaeque crepuscula lucis m. XI, 596.

Iris advenit:

huc se caeruleo libravit ab aethere virgo discolor: effulgent silvae tenebrosaque Tempe arrisere deae et zonis lucentibus icta evigilat domus, ipse autem nec lampade clara, nec sonitu, nec voce Deae perculsus, eodem more iacet, donec radios X, 118—123.

quo simul intravit, manibusque obstantia virgo Somnia dimovit, vestis fulgore reluxit sacra domus: tardaque deus gravitate iacentes vix oculos tollens iterumque iterumque relabens m. X, 616—619.

Haec sunt, quae spectant ad domum. — Pauca restant:

† iam Somnus amaris inserpit curis pronusque per aera nutat, grata laboratae referens oblivia vitae I, 339.

tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris incipit et dono divom gratissima serpit II, 268.

cetera per terras omnis animalia somno laxabant curas et corda oblita laborum IX, 224.

[46]) cf. Append. crit.

Haec aliquo modo differunt, cum in Aeneide agatur de *quiete*.

†consanguinei mixtus caligine Leti . . . Somnus.

consanguineus Leti Sopor a. VI, 278 (cf. Hom. Il. XIV, 231: *κασίγνητος Θανάτοιο*).

§ 4. Nox.

Nox favet et grata profugos amplectitur umbra XI, 761.

Nox subiit curasque hominum motusque ferarum composuit nigroque polos involvit amictu III, 415 (cf. subtexit nox atra polos I, 345).

Nox ruit et fuscis tellurem amplectitur alis VIII, 369.

nox subit et curis exercita corpora somnus occupat m. VII, 634 (cf. et nox atra polum bigis subvecta tenebat V, 721. nox involvens umbra magna terramque polumque) II, 251.

Aurora.

clara Tithonia VI, 25.

†clara laboriferos caelo Tithonia currus extulerat VI, 25.

rorantis excussa comas (Aurora) II, 136.

et iam Mygdoniis elata cubilibus alto impulerat caelo gelidas Aurora tenebras II, 134.

Tithonia coniunx f. III, 403.

Aurora interea . . . . almam extulerat lucem referens opera atque labores XI, 182; cf. V, 65.

crinibus et roseis . . . Aurora cul. 44. Aurora . . . toto rorat in orbe m. XIII, 622.

Tithoni croceum linquens Aurora cubile g. I, 447 = a. IV, 585. IX, 458.

postera depulerant aurorae lumina noctem m. VII, 835.

Horae.

famulae Titanis:

et rapidis accurrunt passibus Horae frenaque et auratae textum sublime coronae deripiunt, laxantque aliae fumantia loris pectora, pars meritos vertunt ad molle iugales gramen III, 410.

iungere equos Titan velocibus imperat Horis m. II, 118.

Bellona.

regit atra iugales sanguinea Bellona manu VII, 73.

Mavors . . . Discordia [illegible] m cum sanguineo sequi[illegible] flagello VIII, 703.

Parcae.

nigrae sorores VI, 376. pensa sororum VIII, 59.

dispensant fata sorores ep. XII, 3. ['sorores' appellantur Parcae inde a Catullo LXIV, 325].

sed huius extrema iam fila colu VI, 380.

extremaque Lauso Parcae fila legunt X, 814.

Atlans.

caelifer Atlans V, 430 = a. VI, 796.

Cap. IV.

§ 1. Progredior iam ad heroes et heroides similesque, quorum de similitudine pauca dicenda sunt.

Hercules. Amphitryoniades V, 401. VI, 312. VIII, 500 = a. VIII, 214. VIII, 103 (= Catull. LXVIII, 112). | Tirynthius V, 380. VI, 270. 532. VIII, 502. VIII, 460 = m. IX, 66. a. VII, 662. VIII, 228. | Alcides VI, 6. VIII, 55. XI, 225 = e. VII, 61. a. V, 414. VI, 123. 392. 801 (saepissime apud Vergilium; item apud Pseudo-Tibullum IV, 1, 12 et Propertium etc.).

Medea. Colchis IV, 506. 551 = m. VII, 301. 331. r. 262 (item Prop. III, 21, 11; 34, 8. IV, 11, 9).

Niobe. Tantalis[47] III, 193. IV, 576 = m. VI, 211 (item Prop. III, 31, 14).

Pelops. truncatusque Pelops IV, 590: umeroque Pelops insignis eburno g. III, 7.

Castor et Pollux. Oebalidae[48] V, 438 = f. V, 705.

Argonautae. Minyae V, 471 = tr. III, 9, 13. m. VII, 1. VII, 115.

Amphiaraus. Oeclides[49] V, 731 = m. VIII, 317. art. III, 13.

Antiope. Nycteis[50] VII, 190 = m. VI, 111 (semel apud Propertium I, 4, 5).

Theseus. Aegides XII, 546 = ep. XV, 325. IV, 59. tr. V, 4, 26. | Neptunius heros XII, 588 = ep. IV, 109. m. IX, 1.

Iason. Aesone natus V, 416 = p. I, 4, 23. 46.

Meleager. Oenides V, 405 = m. VIII, 414 (item Verg. cat. 11, 6).

Argus. †stellatum Argum VI, 277 = m. I, 664.

---

47) apud Senecam saepius legitur, neque tamen ante Augusti aetatem.
48) praeter hos locos, ni fallor, nusquam ita nominantur.
49) Oecleus enim est pater Amphiarai, Argorum regis.
50) a Nycteo, patre Antiopes.

§ 2. Minos.

† arbiter hos dura versat Gortynius urna vera minis poscens adigitque expromere vitas usque retro et tandem poenarum lucra fateri, IV, 530.

quaesitor Minos urnam movet; ille silentum conciliumque vocat vitasque et crimina discit VI, 432.

Gnosius haec Rhadamanthus habet durissima regna, castigatque auditque dolos, subigitque fateri, quae quis apud superos, furto laetatus inani, distulit in seram commissa piacula mortem VI, 566.

Aegaeon.

centeni Aegaeonis umbram IV, 535.

Aegaeon qualis, centum quoi bracchia dicunt centenasque manus X, 565.

Enceladus.[51]

† aut ubi temptat Enceladus mutare latus III, 595.

et fessum (corpus Enceladi) quotiens mutet latus, intremere omnem murmure Trinacriam III, 581.

Pholus.

qualis in adversos Lapithas erexit inanem magnanimus cratera Pholus II, 564.

Pholumque et magno Hylaeum[52] Lapithis cratere minantem g. II, 456.

Amphion.

Amphionis arces IV, 611 alio tibi (Thebis) carmine muros Amphion auditus agat II, 454.

Amphionis arces m. XV, 427.

Cap. V.

Pauca reliqua sunt, quae huc referri possunt:

aper Calydonius.

† Oeneae vindex sic ille Dianae II, 469.

sus erat, infestae famulus vindexque Dianae m. VIII, 272.

---

51) cui Encelado, uni ex Gigantibus, Aetnam imposui[illegible] dicitur.

52) Pholum igitur Statius agentem fingit quae Vergili[illegible]

Cerberus.	
illos ut caeco recubans in limine sensit Cerberus, aeque omnes capitum subrexit hiatus, saevus et intranti populo; iam nigra tumebat colla minax, iam sparsa solo turbaverat ossa, ni deus horrentem Lethaeo vimine mulcens ferrea tergemino domuisset lumina somno II, 25.	Cerberus haec ingens latratu regna trifauci personat, adverso recubans immanis in antro. cui vates, horrere videns iam colla colubris, melle soporatam et medicatis frugibus offam obicit a. VI, 417. ossa super recubans VIII, 297.
Letique triformis ianitor II, 53.	ingens ianitor antro VI, 400.
tergeminosque ... hiatus VII, 783.	ianitor Orci VIII, 296. tergeminumque canem art. III, 322.
Charon. portitor IV, 479. XII, 559.	m. X, 73. g. IV, 502. a. VI, 298.
Tartarus. Erebus IV, 484.	m. V, 543. X, 76. XIV, 404.
Styx. † et Styx discretis interflua manibus obstat IV, 524.	quos .... noviens Styx interfusa coercet g. IV, 480. a. VI, 439.
Styx inde novem circumflua campis II, 5.	
Phlegethon. fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit IV, 523 (cf. hinc obiecta vias torrentum incendia cludunt II, 6).	quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon VI, 551.
Cocytos. inamoenum Cocyton iuxta I, 90.	amnemque severum Cocyti g. III, 37. deformis harundo Cocyti g. IV, 478.
Acheron. † liventis Acheron[53] eiectat harenas IV, 522.	omnem Cocyto eructat harenam VI, 297.

Iam vero plurima mythologica attulisse mihi videor, quae communia habent hi poetae; quae autem pervulgata fuerunt, omisi, quippe quibus nihil proficiatur; contra omnes locos contuli, quibus descriptiones continentur; nam his, etsi interdum alienae sunt a mythologia ipsa, tamen imitationem luculenter doceri nemo negabit. demonstravimus igitur fere

53) Statius igitur Acheronta Cocytonque confudit.

totum apparatum mythologicum, quem ad Thebaida componendam Statius adhibuit, Maronianum esse. de paucis autem illis rebus, quas ipse addidit, alibi agam.

LIB. VI.

DE COMPARATIONIBUS EPICIS.

Cap. I.

Si quis miretur, quod hanc rem non minus gravem duxerim, quam quas adhuc persecutus sum, is, quantum valeant ad carmen epicum comparationes, quantum ingenii opus sit, ut ad res illustrandas aptae sint, secum reputet. quae autem imitatio Statii in comparationibus componendis statuenda sit, ipsa cogitatione cognoscere possumus. nam qua inventione praeditum usque adhuc Statium intelleximus, eandem hac in re eum praestare verisimile est. an putas ea elegantia, eo iudicio hunc poetam fuisse, ut in hac ipsa re suis viribus staret? nempe eundem imitatorem, quem adhuc, hic quoque cognoscemus; neque enim presse secutus est sua exempla neque sine quadam arte, quam saepe iam deprehendimus, praeterea pluribus locis ad comparationes non quae in alio carmine comparantur sed quae simpliciter narrantur, contulit. atque interdum una comparatio orta est et consuta ex duabus vel tribus, vel res quae comparantur aliquo modo mutatae sunt. at exempla ipsa loquantur: ordior ab iis comparationibus, quae compendiariae sunt, quarum partes non pror[illegible] perfectae uno enuntiato continentur. sunt hae paucae:

comp. c. ventis:

ocior . . . suisque sagittis VI, 386. portantes praecede notos I, 293.	ocior . [illegible] sagitta X [illegible]

volat ocior euro VI, 521.

fugit ocior euro VIII, 223. XII, 733.

puer ocior aura VI, 602.

fugit ocior aura m. I, 502.

comp. c. fulmine:

ilicet igne Iovis lapsisque citatior astris I, 92.

fulminis in morem (Hypsipyle) V, 593.

caelestique ocior igne XI, 483.

et ventis et fulminis ocior alis V, 319.

fulminis in morem (Aconteus) XI, 616.

fulminis acta modo IX, 706.

comp. c. rupe:

† illa velut rupes inmoto saxea visu haeret V, 723.

ille velut pelagi rupes immota resistit VII, 586.

Cap. II.

Sequuntur comparationes perfectae.

comp. anguis c. angue in caelo ficto:

† quantus ab arctois discriminat aethera plaustris anguis et usque notos alienumque exit in orbem V, 529.

tantoque est corpore, quanto, si totum spectes, geminas qui separat arctos m. III, 44.[54])

comp. pugnatores c. angue novato:

† ceu lubricus alta anguis humo verni blanda ad spiramina solis erigitur liber senio et squalentibus annis exutus laetisque minax interviret herbis IV, 95.

qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus, frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat, nunc positis novus exuviis nitidusque iuventa lubrica convolvit sublato pectore terga, arduus ad solem, et linguis micat ore trisulcis II, 471.

anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas art. III, 77. (cf. Hom. Il. X, 93.)

---

[54]) quae comparatio illustrat descriptionem illam, in qua secutus est Statius Ovidium cf. pag. 150.

comp. pugnatores c. centauris:

† non aliter **silvas** umeris et utroque refringens pectore montano duplex Hylaeus ab antro praecipitat (pavet Ossa) vias, pecudesque feraeque procubuere metu IV, 139.

ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto descendunt Centauri . . . dat euntibus ingens **silva** locum et magno cedunt virgulta fragore VII, 674.

comp. pugnatores c. lupo:

ille velut pecoris lupus expugnator opimi, . . . decedit stabulis huc illuc turbida versans lumina . . . **magnique fugit non inscius ausi** IV, 363.

ac velut ille . . . . continuo in montis sese avius abdidit altos occiso pastore lupus magnove iuvenco, **conscius audacis facti** XI, 809.

comp. sicci agri c. Aegypto, deficiente Nilo:

† **sic ubi** se magnis **refluus** suppressit in antris **Nilus** et Eoae liquentia pabula brumae IV, 705.

sic ubi deseruit madidos septem**fluus** agros **Nilus** et antiquo sua flumina reddidit alveo m. I, 422.

comp. exercitus c. avibus:

qualia trans pontum Phariis defensa serenis rauca Paraetonio decedunt agmina Nilo, cum fera ponit hiemps; illae clangore fugaci, umbra fretis arvisque volant, **sonat** arduus **aether** V, 11.

qualis sub nubibus atris Strymoniae dant signa grues atque **aethera** tranant cum **sonitu** fugiuntque notos clamore secundo a. X, 265.

comp. femina c. thyiade (Polyxo: Dido):

insano veluti Theumesia **thyias** rapta deo, cum **sacra** vocant Idaeaque suadet buxus et a summis **auditus montibus** Euhan V, 92.

qualis commotis excita **sacris thyias**, ubi **audito** stimulant trieterica Baccho orgia [illegible]cturnusque vocat clamore C[illegible]ron a. IV, 301.

comp. Tydeus c. cupresso, Aeneas c. querc[illegible]:

† ille autem, **Alpini veluti** regina cupressus verticis urguentis cervicem inclinat in austros, vix sese **radice tenens**, **terraeque propinquat** iamdudum **aetherias** eadem reditura sub **auras**, non secus VI, 854.

ac **velut** anno[illegible] cum rob[illegible] quercum [illegible]reae [illegible] nunc flat[illegible]ruere [illegible]certant; [illegible]t al- [illegible]**osternu**[illegible] con- [illegible]**ipite** fr[illegible]ae- [illegible]pulis et [illegible]tice

ad auras aetherias, tantum radice in Tartara tendit IV, 441.

comp. pugnator c. leone:

(hic caedendi cupido, illic pugnandi)

qualis ubi primam leo mane cubilibus atris erexit rabiem, et saevo speculatur ab antro aut cervam aut nondum bellantem fronte iuvencum, it fremitu gaudens VII, 670.

utque leo specula cum vidit ab alta stare procul campis meditantem in proelia taurum, advolat: haut alia X, 454.

comp. pugna c. caelesti fragore:

non tanta cadentibus haedis aeriam Rhodopen solida nive verberat Arctos, nec fragor Ausoniae tantus, cum Iuppiter omni axe[55]) tonat, tanta quatitur nec grandine Syrtis, cum Libyae Boreas Italos niger attulit imbres VIII, 407.

quantus ab occasu veniens pluvialibus haedis verberat imber humum, quam multa grandine nimbi in vada praecipitant, cum Iuppiter horridus austris torquet aquosam hiemem et caelo cava nubila rumpit IX, 667.

comp. pugnator cum rupe:

ceu fluctibus obvia rupes, cui neque de caelo metus et fracta aequora cedunt, stat cunctis immota minis: timet ipse rigentem pontus et ex alto miserae novere carinae IX, 92.

ille velut rupes, vastum quae prodit in aequor, obvia ventorum furiis expostaque ponto, vim cunctam atque minas perfert caelique marisque, ipsa immota manens X, 693.

comp. mater c. tigride et leaena:

sic aspera tigris fetibus abreptis Scythico deserta sub antro accubat et tepidi lambit vestigia saxi X, 820.

utque furit catulo lactente orbata leaena, signaque nacta pedum sequitur quem non videt hostem m. XIII, 547.

comp. perturbatum vulgus c. apibus turbatis:

sic ubi pumiceo pastor rapturus ab antro armatas erexit apes, fremit aspera nubes: inque vicem sese stridore hortantur et omnes hostis in ora vo-

inclusas ut cum latebroso in pumice pastor vestigavit apes fumoque implevit amaro: illae intus trepidae rerum per cerea castra discurrunt magnisque acuunt

55) cf. append. crit. pag. 212.

lant; mox deficientibus alis amplexae flavamque domum captivaque plangunt mella laboratasque premunt ad pectora ceras X, 574.

stridoribus iras; volvitur ater odor tectis, tum murmure caeco intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras XII, 587.

Nonnullae comparationes effectae esse videntur ex pluribus locis:

ut rapidus torrens, animos cui verna ministrant flamina et exuti concreto frigore colles, cum vagus in campos frustra prohibentibus exit obicibus, resonant permixto turbine tecta, arva, armenta, viri III, 671.

qualiter hiberni summis duo montibus amnes franguntur, geminaque cadunt in plana ruina VIII, 461.

rabidi sic agmine mixto sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris nil non ausa fames longo tenuavit hiatu. iam stabula ipsa premunt: torquet spes irrita fauces, balatusque tremens, pinguesque ab ovilibus aurae X, 42..

ecce velut torrens undis pluvialibus auctus, aut nive, quae zephyro victa tepente fluit, per sata perque vias fertur, nec, ut ante solebat, riparum clausas margine finit aquas f. II, 219.

aut rapidus montano flumine torrens sternit agros, sternit sata laeta bovomque labores praecipitesque trahit silvas II, 306. non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis exit oppositasque evicit gurgite moles, fertur in arva furens cumulo camposque per omnis cum stabulis armenta trahit II, 496. exspatiata ruunt per apertos flumina campos, cumque satis arbusta simul pecudesque virosque tectaque . . rapiunt m. I, 286 (haec non efficiunt comparationem).

inde lupi ceu raptores atra in nebula, quos inproba ventris exegit caecos rabies, catulique relicti faucibus expectant siccis II, 355.

ac veluti pleno lupus insidiatus ovili quom fremit ad caulas, ventos perpessus et imbris, nocte super media (tuti sub matribus agni balatum exercent, ille asper et improbus ira saevit in absentis, collecta fatigat edendi ex longo rabies et siccae sanguine fauces) IX, 58.

Reliquae sunt eae comparationes, quae ortae sunt ex locis ubi res simpliciter narrantur, non comparantur:

comp. victor c. leone:

ut leo Massyli cum lux stetit obvia ferri, tunc iras, tunc arma citat, si decidat hostis, ire super satis est, vitamque relinquere victo VIII, 124.

corpora magnanimo satis est prostrasse leoni, pugna suum finem, cum iacet hostis, habet tr. III, 5, 33.

comp. par amicorum c. boum iugo:

ducitur, amisso qualis consorte laborum deserit inceptum media inter iugera sulcum taurus iners . . . partem lacrimans sustentat arator IX, 82.

it tristis arator maerentem abiungens fraterna morte iuvencum atque opere in medio defixa relinquit aratra g. III, 517.

comp. Eteocles c. Hercule:

qualis ubi implicitum Tirynthius ossibus ignem sensit et Oetaeas membris accedere vestis, vota incepta tamen libataque tura ferebat durus adhuc patiensque mali, mox grande coactus ingemuit, victorque furit per viscera Nessus XI, 234.

tura dabat primis et verba precantia flammis, vinaque marmoreas patera fundebat in aras: incaluit vis illa mali, resolutaque flammis Herculeos abiit late diffusa per artus. dum potuit solita gemitum virtute repressit. victa malis postquam est patientia, reppulit aras, implevitque suis nemorosum vocibus Oeten m. IX, 159.

comp. Polynices c. tauro amore furente:

veluti dux taurus amata valle carens, pulsum solito quem gramine victor iussit ab erepta longe mugire iuvenca, cum profugo placuere tori cervixque recepto sanguine magna redit fractaeque in pectora quercus, bella cupit pastusque et capta armenta reposcit II, 323.

victus abit longeque ignotis exulat oris. multa gemens ignominiam plagasque superbi victoris, tum quos amisit inultus amores; et stabula aspectans regnis excessit avitis g. III, 225.

Itaque in hac quoque re fontibus alienis magis quam suis hortum suum irrigasse videtur Statius. neque tamen imitatio

nimia est, nam et ubi exempla secutus est, saepe ab iis deflexit et praeter has multae sunt in Thebaide comparationes, quas ex suo ingenio hausit Statius et eleganter depinxit[56].

LIB. VII.

DE EPICIS DICENDI FORMULIS.

Ex quo Homeri carmina omnis poesis principia sunt dignaque putata, quae poetae summo studio imitarentur, multa, quae in iis leguntur, in legum modum observaverunt epici. inter haec referendae sunt, quas dico, formulae dicendi epicae. sunt enim plures phrases, quibus primus Romanorum, ut videtur, Vergilius Homeri sine dubio secutus exemplum in Aeneide usus est, easque in certam formam redactas, identidem repetitas adhibuit ad significanda ea, quae saepius in rebus narrandis fiunt. quae cum statae sint et cohaerere videantur cum his carminibus, graviores eas esse ratus quam ceteras phrases, seorsum tractabo.

Atque in his formulis, quae non tam ad dictionem quam ad artem carminis componendi ipsam pertinent, cum mira sit poetarum congruentia, Aeneida imitando expressisse Statium certissimum est. nam etsi sunt Vergilii formulae, quas ante Statium poetae sibi sumpserunt, tamen imitationem Vergilii ipsius omnia docent. interdum fit, ut Ovidiana quoque deprehendamus.

Accedo ad formulas enumerandas; primum huc spectant eae, quibus orationes incipiuntur et finiuntur:

vocem de pectore rumpit VI, 136: rumpitque hanc p. vocem a. III, 246. rumpitque has imo p. voces a. XI, 377. | tandem ipse re-

---

56) cf. C. Krause: de Statii comparationibus; Halis 1871.

fert VI, 627: t. pauca r.; a. IV, 333. tum sic pauca r.; a. VIII, 154 (post longum silentium). | talia reddit IV, 625 = a. II, 323. a. X, 530. | scelus ordine pando V, 244: remque o. p.; a. III, 179. | ululatibus infit VI, 137: vocibus i.; a. V, 708. talibus i.; a. X, 860.

post verba facta:

finierat I, 283. V, 753 = m. I, 566. XIII, 123. XIV, 441. f. VI, 65 (ubique versuum initium). | dixit, et II, 120. V, 139. X, 848. XII, 104. XII, 649 = m. III, 474. V, 230. XIII, 391. XIII, 449. | dixerat, et V, 680. VII, 34. VII, 290. X, 346 = a. II, 621. m. IV, 271. IX, 77. d.: assensit m. III, 406. | talia dicenti I, 88 = f. III, 625; talia dicentem III, 720. X, 927 = m. II, 394. X, 609. f. V, 275. | sic fatus VII, 614. XII, 773 = a. I, 610. II, 50. | sic effata IX, 668 = a. IV, 30. VII, 456. | sic ait, et II, 363. VIII, 593. IX, 73. X, 439. X, 672. XII, 767. | sic ait, atque VI. 920 = a. I, 142 et plurimis locis Aeneidos. | haec ubi dicta VIII, 338 = a. I, 81. V, 32.

Sequuntur formulae invocandi et obsecrandi deos:

Iuppiter omnipotens III, 471 = a. II, 689. IV, 206. V, 687. IX, 625. | aspice IV, 752 = a. II, 604. II, 690. X, 481. | pater optime X, 722 = a. III, 710. tr. III, 1, 49. | tendens ad sidera palmas I, 497 = a. I, 93. m. IX, 175; (cf. a. V, 256. V, 686. II, 688). | tollens ad sidera palmas X, 336 = tr. I, 11, 21. m. VI, 368; (cf. ter tollit in aethera p.; f. IV, 315. sustulit .... a. s. p.; a. II, 153). | et vocem Fata secuntur I, 213: verba fides sequitur f. I, 359. vota fides s.; m. VIII, 711. dicta fides s.; m. III, 527.

formulae admonendi et rogandi:

crede mihi IV, 618 = p. I, 4, 10. I, 9, 37. II, 6, 33 (ubique initium versuum); cf. mihi crede p. II, 5, 17. | solve metus animo II, 356: solve metus a. I, 463. solvite corde metum a. I, 562. | huc adverte animum III, 524. animos advertite I, 561: animos advertite m. XV, 140. cf. huc advertite mentem a. VIII, 440. advertite mentes a. V, 304. art. I, 267. Ibis 69. | quare agite X, 213 = a. I, 627. VII, 130. VIII, 273 (versuum initia). | iamque vale XI, 187 = g. IV, 497. a. II, 789. V, 738. XI, 827 (versuum initia). | quo tenditis VIII, 602 = a. V, 670. IX, 781. quo tendis a. IX, 206 (cf. quo tendis iter II, 351). | quis credat VII, 572 = art. III, 281. (cf. f. I, 518.) | quo ruis VIII, 338 = a. II, 520. X, 811. | quisquis es II, 697 = m. I, 679. III, 613. VIII, 864 (versuum initia).[57]

[57]) similes formulas collegit Luehr. l. l. pag. 31 ss.

addo has formulas varias:

nulla mora est XII, 596 = m. I, 369. XIII, 458. ep. VII, 103 (versuum initia). | nec mora II, 513. VI, 887. IX, 834 = m. I, 717. III, 46. IV, 120. g. III, 110 (versuum initia). | fit mora II, 367. V, 695: mora fit f. IV, 349. cf. a. III, 473. X, 153. | tempus erat IV, 680 = ep. X, 7. f. V, 497 (versuum initia). | fit sonus VI, 703. VI, 897: fit sonitus g. IV, 79. IV, 188. | dat gemitum tellus VI, 107: dat gemitum tellus a. XII, 713. dat tellus gemitum a. IX, 709. dant gemitum victi m. X, 599. | ter denos X, 222: ter denis (annis) a. VIII, 47. ter denis (navibus) a. X, 213. cf. bis denas (naves) a. I, 381. XI, 326. | cedo equidem VIII, 517 = a. II, 704. XII, 818. | nec segnius VIII, 675: nec segnius a. XII, 525. nec .. segnior a. VIII, 414. haut .. segnior a. IV, 149. non segnior a. VII, 383. | si fas est II, 595 (cf. si fas II, 240) = cir. 21. p. IV, 8, 55. IV, 16, 45 (saepissime apud Ovidium).

Harum locutionum etiamsi nonnullae apud plures poetas leguntur, tamen imitatio Vergilii in universum aperta est. quae multo certius apparet ex iis quae duobus ultimis libris comprehendemus.

LIB. VIII.

DE HEXAMETRORUM PARTIBUS.

Cap. I.

In versibus pangendis Statius quam prope accesserit ad Vergilium et Ovidium, iam exponam.

Ex quo Zingerle, ut qua ratione poetae Romani alius ex alio penderent, illustraret, reperiendis similibus versibus operam dedit, luce clarius patet non solum eosdem poetas multos versus in carminibus repetitos admisisse, sed etiam plurimos esse versus, qui identidem usurpati in omnium fere poetarum usu fuerint. atque quomodo in his [illegible] posteriores poetae a Vergilio, Vergilius ab Ennio, Cat[illegible]

Lucretio profecti sint, quae sit virtus et auctoritas Ovidii, plane demonstrat. sed cum rationem inter priores poetas et Statium intercedentem non plene tractaverit, quid de hac iudicandum sit, quaeritur. neque est ea quaestio difficilis. nam qui in Vergilii et Ovidii carminibus eo quod adhuc explanavi studio versatus sit, eum plurimos versus cum illis poetis communes habere verisimillimum videtur; et revera congruentia planissima est et imitatio. cum enim Zingerle accurate exponat, quos versus vel omnes vel plurimi poetae in deliciis habuerint, qui ex congruentibus reliqui sunt, si illos omittimus, pertinent ad imitationem demonstrandam. agitur in primis de Ennio, Vergilio, Ovidio, Lucano; cum fere nulli versus in Thebaide sint, qui apud Ennium et Lucanum leguntur, in Vergilii et Ovidii carminibus desiderantur, etiam in iis versibus ipsis imitatio vel Vergilii vel Ovidii statuenda est, quorum similes sunt aut apud Ennium aut apud Lucanum. quos hi omnes habent communes, in iis, ut iam dixi, cum pervulgati ducendi sint, imitatio statui non potest. quamquam, ne quid omittam, hos quoque afferam.

Quaesiturus igitur de partibus hexametrorum primum eos versus omnes pertractabo, quorum in prima parte eadem verba easdem sedes obtinent. eos, quos supra in libro »de formulis« inscripto enumeravi, omitto; contra qui ob alias causas citati sunt, eos iterum proferre aequum puto.

†transabiit costas II, 9 = a. IX, 432. | ventum erat ad II, 65 = a. VI, 45. f. III, 13, 651.[58] | praecipiti convulsa noto II, 194: p. delata n.; a. VII, 411. | expectata dies II, 214 = a. V, 104. | tempus erat cum IV, 680. silv. II, 2, 133: t. e. quo a. II, 268. ep. X, 7. f. V, 497. m. X, 446.[59] | atria complentur II, 215 = m. V, 3. | non secus ac II, 236 = m. VIII, 162. XV, 180. | et latuere doli II, 516: nec l. d.; a. I, 130. | seu fortuna fuit III, 61: dum f. f.; a. III, 16. | improvisus adest III, 347 = a. IX, 49. | circum lora fremunt III, 435:

[58]) cf. Luehr. l. l. pag. 8, qui omnes locos collegit.

[59]) similia versuum initia collegit Luehr. l. l. pag. 8: tempus erat, caeli cum silv. III, 1, 52. tempus erit cum Tib. I, 4, 97. f. I, 529. m. XIV, 147. | tempus erit quo art. III, 69. tempus et illud erit quo m. X, 207.

c. claustra f.; a. I, 56. | scire nefas homini III, 563 = f. III, 325. | Pallados armisonae I, 535 = a. III, 544. | saetigerumque suem I, 397: saetigerique sues a. VII, 17. saetigerosque sues a. XI, 198. m. X, 549 (cf. Lucr. V, 966). | nox operit I, 455 = a. IV, 352. | dant gemitus IV, 23: dat gemitum a. XI, 377. | dat sonitum V, 564 = a. VII, 567. dant s.; a. XI, 458. | dat gemitum tellus VI, 107 = a. XII, 713. | it comes IV, 59 = a. VI, 159. VI, 448. | poplite succiduo IV, 324 = m. X, 458. | ferte simul gressus IV, 480: f. s. faunique pedem g. I, 11. | iussa facit IV, 549 = f. I, 379. | illi per dumos IV, 797 = a. VIII, 594. | fit sonus inque IV, 807: f. s. ingenti a. IX, 752. | hac saevisse tenus IV, 829. h. germana t. XI, 76: h. celebrata t.; a. V, 603. h. Troiana t.; a. VI, 62. | immo age V, 43 = a. I, 753. | singultant animas V, 261: singultantem animam m. V, 134. | adcelerate fugam V, 278: tum celerare f.; a. I, 357. sed celerare f.; a. IX, 378. | † spargimus et nostro petitur V, 380: spargimus et nostro sequitur a. XII, 51. | transtra per et remos V, 404 = a. V, 663. | iam nova progenies V, 461 = e. IV, 7. | quinquaginta illi V, 422 = a. II, 503. | ille graves oculos V, 502: illa g. o.; a. IV, 688. | fulminis in morem V, 593 = a. XI, 616. | ferte citi V, 658 = a. IV, 594. | tecta fremunt V, 691 = a. IV, 668. | procumbunt piceae VI, 100 = a. VI, 180. | tela sonant VI, 218 = a. IV, 149. | pectora nunc maerens VI, 624: p. n. foedans a. XI, 86. | diva potens nemorum VI, 633: d. p. frugum am. III, 10, 35. | si bene quid VI, 635 = a. IV, 317. | † obstipuere animi VI, 738 = a. V, 404 (cf. o. animis a. IX, 123.) | cernere erat VII, 61 = a. VI, 596. VIII, 676. | dant silvae VII, 72 = g. III, 200. | inque vicem VII, 195 = m. VI, 631. IX, 36; i. vices m. IV, 72. perque v. VIII, 474. | gurgite de medio VII, 432: g. cum m.; g. IV, 524. | haud procul inde VII, 441 = a. VIII, 642; nos p. i.; a. III, 666. | bella gerunt VII, 464 = m. XI, 491. XIII, 613. XIV, 572. 776. | ter quater VII, 594 = m. IV, 734. XII, 133. XIV, 206. | cominus ense petit VII, 605: c. e. ferit m. III, 119. | ventorum rabiem VII, 810: v. rabies m. V, 7. | sicut erat VII, 820. X, 730 = m. VI, 657. XII, 205. XIII, 585. | itque reditque vias I, 102 (cf. VIII, 49 itque reditque domos): i. r. viam a. VI, 122.[60]) | luce palam VIII, 129 = a. IX, 153. | mira loquor VIII, 147: m. loquar m. VII, 549. | eoasque domos VIII, 238 = g. II, 115. | causa latet VIII, 250 = a. V, 5. | quid mirum VIII, 390 = art. III, 110. f. VI, 289. p. III, 4, 63. | principium pugnae VIII, 428 = a. IX, 53. | turbatis prostravit equis VIII, 455: t. distractus e.; a. VII, 767. t. Messapus e.; a. IX, 124. | intorquet iaculum IX, 104: intorquens i.; a. X, 323. | tum magis atque magis VIII, 522 = g. III, 185. et magis atque magis a. II, 299. iam magis atque magis a. XII, 239. | abstulit ense IX, 137 = a. XII, 382. | nec procul

60) similes versus ap. Luehr. l. l. pag. 19.

hinc IX, 164 = a. I, 469. VI, 440. VIII, 635. | huc illuc IX, 172 = a. V, 408. IV, 363. | illius impulsu IX, 395 = m. III, 61. | hinc atque hinc IX, 459. XII, 759 = a. XII, 431. | finis adest IX, 661 = art. II, 733. | ac miserande puer IX, 716: heu m. p.; a. VI, 882. | hunc sine me IX, 815 = a. IX, 409. | vulneris impatiens IX, 872 = a. XI, 639. | quare agite X, 213 = a. I, 627. VII, 130. VIII, 273. | talia vociferans X, 219 = a. X, 651. II, 679. | loricam galeamque subit X, 257: l. g. inter a. XI, 692. | fundentisque preces X, 516: fudissetque p.; a. V, 234. | margine ab extremo X, 524 = m. in e.; am. I, 11, 22. | seu pater omnipotens X, 634. sic p. o. XI, 134: tum p. o.; g. II, 325. m. I, 154. set p. o.; a. I, 60. at p. o.; m. II, 401. quem p. o.; m. IX, 271. | bella cient XI, 116 = a. I, 541. | obiectare animas XI, 160: o. animam a. XII, 230. | iamque vale XI, 187 = g. IV, 497. a. II, 789. V, 738. XI, 827. | flent maesti retro comites XI, 246: flent maesti mussantque patres a. XI, 454. | non desunt regi comites XI, 257: nec desunt comites r. 182. | ille sub haec XI, 298 = a. V, 394. | at parte ex alia XI, 354 = a. X, 362. | infecere diem XI, 423 = m. XIII, 602. | hunc ego te XII, 322 = a. IX, 481. | ignis edax XII, 430 = m. IX, 202. XIV, 541. | quis fuit ille dies XII, 698 = am. III, 12, 1. | excidium; fugere ferae VI, 97: terra tremit; fugere ferae g. I, 330. | auditum manifesta fides VI, 638: tum vero m. f.; a. II, 309. auspiciis m. f.; a. III, 375. | et magnum Alciden VII, 668: his m. A.; a. V, 414. | mors fruitur caelo VIII, 377: nunc f. c.; f. III, 457. | armaque seminecesque viri IX, 201: corpora seminecisque viros a. IX, 455. | ardet inops animi XI, 152: saevit i. a.; a. IV, 300. | portarumque moras XI, 244: fossarumque morae a. IX, 143.

addo nonnulla verba, quae fere semper in his carminibus in initio versuum posita sunt:

caelicolae | finierat | incipit | nubigenae | transadigam | deriguere | Amphitryoniades | vociferans | semianimis | magnanimi | Thermodontiacus.

Haec de versuum initiis.

Cap. II.

Adiungo eos versus, quorum alterae partes similes sunt ita, ut non in eadem verba cadant; ei qui easdem habent clausulas, tractabuntur libro ultimo.

fraterno sanguine Tydeus II, 113: f. s. sontem m. XI, 268. fraterni

sanguinis insons m. XIII, 149.[61]) | quae non indebitus annis II, 428: da, n. indebita posco a. VI, 66. | subitis exterrita fatis II, 576: s. exterritus umbris a. IV, 571. | praefixa cuspide pinum II, 598: p. c. myrtum a. VII, 817. | dominae vestigia iuxta III, 267: d. v. quaerit m. VI, 560 (cf. et vestigia quaerunt Lucr. IV, 703). | socia arma iuvabo III, 313: s. a. rogantis a. VIII, 120. s. a. secutum a. XI, 161. | tanti sim causa tumultus III, 373: t. s. c. doloris a. IX, 216. | longo post tempore vates III, 501. l. p. t. surgit VI, 128. l. p. t. mentem XI, 605: l. p. t. poenas cir. 74. l. p. t. visum a. VI, 409. | rorantes sanguine ventos III, 536. rorantis s. ramos IX, 596: rorantis sanguine cristas a. XI, 8. rorantia s. portat a. XII, 512. | undique et undique frater I, 369: u. e. u. pontus a. III, 193. | servatoremque parentum I, 694: s. fatentur m. IV, 737. s. salutis p. IV, 15, 41. | iterumque iterumque canamus I, 695. i. i. trementi IX, 355. i. i. monebat X, 133: i. i. vocavi a. II, 770. i. i. monebo a. III, 436. | data copia belli IV, 4: d. c. fandi a. I, 520. XI, 248. d. c. pugnae a. IX, 720. | caelique erebique sub unum IV, 509: caeloque ereboque parentis a. VII, 140. | dux inclite Thebes IV, 610: d. i. Teucrum a. VI, 562. | dextra laevaque secuntur IV, 657: d. l. frementes a. VI, 486. d. l. per herbam a. VI, 656. | †conclamat ab agmine primus IV, 802: c. a. a. Volcens a. IX, 375. | colla comantia monstri IV, 827: c. c. pectunt a. XII, 86. | et ineluctabilis umbra V, 45: e. ineluctabile tempus a. II, 324. e. i. fatum a. VIII, 334. | odia aspera ubique V, 73: o. a. movi a. II, 96. | summo librabat Olympo V, 85: s. sedet altus O. a. XI, 726. s. delabor O. m. I, 212. | aevi matura Polyxo V, 90: a. maturus Acestes a. V, 73. | studia in contraria rapti V, 147: s. i. c. volgus a. II, 38. | per opaca sacrorum V, 186: p. o. locorum a. II, 725. p. o. viarum a. VI, 633. | manus impia, nuptae V, 190. m. impia planctus XI, 609: m. i. saevit m. I, 200. m. i. nostras m. III, 656. m. i. possit ep. VII, 127. | thalamis turbata paternis V, 240: thalamos taciturna paternos m. VIII, 84. | in penetralibus alto V, 313: i. p. altis a. VII, 59. i. p. hostem a. III, 508. | cava nubila venti V, 366: c. n. rumpit a. IX, 671. | rediit in pectora sexus V, 397: redeant in pectora sensus m. III, 631. | quae mentem insania traxit V, 624: q. m. i. mutat a. IV, 595. XII, 37. | sedato pectore Tydeus V, 671: s. p. Turnus a. IX, 740. | nec inhospita tecta Lycurgi V, 715: n. i. t. Crotonis m. XV, 15. et i. t. tyranni m. I, 218. | pater Inachus ibit V, 748: p. I. urna a. VII, 792. | nemora avia frangunt VI, 29: n. a. matres a. VII, 580. | opus admirabile semper VI, 65: o. a. saepe m. VI, 14. | iam caeco pulvere mixti VI, 411: tum c. p. campus a. XII, 444. | et pressis duplicantur habenis VI, 417: e. p. pugnat habenis a. XI, 600. cf. cer-

---

[61]) Cat. LXIV, 399: fraterno sanguine fratres; cf. Luehr. l. l. pag. 4.

vixque repugnat h. m. II, 87. | erectus in armos VI, 502: e. in auras m. III, 43. XV, 512. | puer improbus ictu VI, 804: p. improbe, cornu IX, 744. p. i. ille e. VIII, 49. | cava tempora mortes VI, 793: c. t. ferro a. IX, 633. c. t. circum a. IX, 808. | noctemque diemque sub armis VII, 398: n. d. fatigant a. VIII, 94. | nostros vicere furores VII, 525: n. novisse f. cir. 258. | memor occupat irae VII, 538: m. anxius i.; c. 237. | fera tempus Erinnys VII, 562: f. regnat E.; m. I, 241. (cf. insanaque regnat Erinnys m. XI, 14.) | subito per castra tumultu VII, 608: s. turbante t.; a. IX, 397. | medios infertur in hostes VII, 698: m. delapsus in h.; a. II, 377. m. moriturus i. h.; a. IX, 554. m. mittantur i. h.; m. XIII, 121. | mediis e milibus hausit VIII, 108: mediisque in milibus ardet a. I, 491. mediis in milibus ipsi a. XII, 125. | nec deprecor umbram VIII, 116: n. d. inquit a. XII, 931. | diversa in parte maniplos VIII, 134. d. i. p. per urbem VIII, 218: d. i. p. furenti a. IX, 691. d. i. p. Latini a. XI, 203. | diversaque vulnera flentes VIII, 446: d. v. passis m. VI, 297. | sic orsus abibat VIII, 517: s. o. ab alto a. II, 2. s. o. Apollo a. IX, 656. | vires animusque recedunt VIII, 522: v. animumque ministrat a. IX, 764. | sed stridula cornus in hostem VIII, 681: dat s. c. et auras a. XII, 267. | tenuere silentia crines IX, 153: t. s. cuncti m. I, 206. | inhumataque corpora Graium IX, 158. i. c. regi XII, 151: i. c. terrae a. XI, 22. | discussa nube quietos IX, 175: d. n. tonarent m. XV, 70. | magno subeunt clamore coloni IX, 192: m. laeti cl. reportant g. III, 375. m. ad regem cl. trahebant a. II, 58. | mediisque in fluctibus heros IX, 248: mediis quae i. f. aras a. I, 109. | levis ungula quaerit arenas IX, 251: l. u., crescit et oris m. II, 671. | ingenti vulnere mersit IX, 270: i. v. victum a. X, 842. a. XII, 640. | quo sospite maior IX, 383: q. s. nunquam a. VIII, 470. | servat vestigia limo IX, 475: s. v. coniux a. II, 711. | qua semita lucet IX, 641: q. s. monstrat a. I, 418. q. s. ducit a. XI, 524. | tela aspera mortis IX, 763: t. a. contra a. XI, 282. | feriunt cava tympana patres IX, 800: feriat c. t. saxo m. XII, 481. | succiso poplite sistit IX, 874: s. p. Gygen a. IX, 762. | nox umida porta X, 1: n. u. caelo a. II, 8. n. u. caelum a. III, 198. n. u. cursus a. V, 738. n. u. metam a. V, 835. n. u. somnos f. II, 635. | nulli penetrabilis astro X, 85: nullo penetrabile telo m. XII, 166. | fremit indignata iuventus X, 223: f. Troiaeque i.; a. V, 555. | volucrum nutritor equorum X, 228: v. certamine e. Catal. XI, 29. | satus Hercule vastat X, 296: s. H. pulchro a. VII, 656. | morientia lumina solvit X, 303: m. l. Turni a. X, 463. m. l. cortex m. IX, 391. | multo possessus numine pectus X, 676: m. suspensum n. ducit a. III, 372. | pater optime, nescis X, 722: p. o. civem tr. III, 1, 49. p. o. Teucrum a. I, 555. p. o. fessum a. III, 710. | quae sacra insania menti X, 804: qu. tanta i., cives a. II, 42. | da iungere vires XI, 96: d. i. dextram a. VI, 697. | luimus periuria divis XI, 272: l. p. Troiae g. I, 502. | mala murmura

dentes XI, 337: m. m. vulgi ep. XVII, 149. | accensae stimulis maioribus irae XI, 497: arrectae stimulis haud mollibus irae a. XI, 452. | tellus habitabilis umbris XI, 753: t. h. olim m. VIII, 624. | et conscia sidera iuro XII, 393: e. c. s. testor a. IX, 429. | claro plangore fatentur XII, 454: c. p. lacertos m. IV, 138. | inmansuetumque Creonta XII, 477: inmansuetique Cyclopis m. XIV, 249. i. ferumque m. XV, 85. | curru sic fatur ab alto XII, 641. curruque infestus a. a. III, 430: c. fremebundus a. a.; m. XII, 128. | bibit unda cruorem IX, 395: b. acta c.; a. XI, 804. | et inevitabile numen IX, 549: e. i. fulmen m. III, 301. | iam morte sub ipsa VIII, 648: i. m. s. aegra g. III, 512. | ea visa voluptas VI, 697: e. sola v.; a. III, 660. | capulo tenus admovet ensem II, 534: c. t. abdidit e.; a. II, 553. c. t. applicat e.; a. X, 536. | dictisque ita mulcet amicis III, 294: d. i. fatur a. a.; II, 147. d. solatur a.; a. V, 770. | vacuasque impellit in auras V, 559: vacuas emisit in a.; m. VI, 398. XV, 220. vacuas animosus in a.; m. XII, 469. | longo post tempore frater XI, 394: l. p. t. venit e. I, 29. l. p. t. finis e. I, 67. l. p. t. visum a. VI, 409. | maestae solacia morti I, 596: m. s. mentis p. II, 11, 11.[62]

Huc referendi sunt ii versus, quorum in altera parte eosdem pedes obtinent eadem substantiva cum praepositionibus coniuncta. qui cum minoris momenti sint, phrases tantum enumero, quae eo quo dixi modo adhibentur. quarum genera sunt duo: aut enim ita sunt collocatae, ut post eas versus cadant in – ⏓ aut ita, ut exitum habeant in ⏑ – ⏓. illae sunt:

sub pectore | sub imagine | per singula | per avia | ab ubere | per litora | in litore | in ossibus | in limine | in pulvere | ad limina | per saecula | per gramina | in nubila | per inania | per agmina | in pectore | in aequore | cum sanguine | ab aggere | ex aggere | in montibus | inter singula | in corpore | inter nubila | inter milia | in sanguine | super aequora | ab origine | ex sanguine.

ceterae sunt:

per tela | sub rupe | sub nocte | super ora.

eodem modo collocantur haec verba:

expugnabilis | implacabilis | longaevus | immurmurat.

Tractatis versibus, qui aut primam aut alteram [illegible]m habent simillimam, extremo loco eos profero, quor[illegible]litudo pertinet ad plures pedes; sunt autem hi

[62]) cf. infra pag. 194.

primis Triviae pascebat ab annis VI, 608: p. et te miretur ab a.; a. VIII, 517. | o hominum divumque aeterna creatrix VIII, 303: o h. rerumque a. potestas a. X, 18. | coniugibus servant, parvisque ostendere natis IX, 188: coniugis et possit parvos educere natos a. VIII, 413. | totoque erexit pectore matrem IX, 584: toto percepit p. flammam a. VII, 356. toto proflabat p. somnum a. IX, 326. | steteruntque ambo et vox haesit utrimque X, 688: st. comae et v. faucibus haesit a. II, 774. III, 48. | nox favet et grata profugos amplectitur umbra XI, 761: n. ruit et fuscis tellurem a. alis a. VIII, 369. | Argolicas modo formidata per urbes XII, 280: A. nomen vaga fama p. u.; m. VIII, 267. | ille quidem ramis insontis olivae XII, 682[63]): i. autem r. insignis o.; a. VI, 808. | insanique tacent sine litore fluctus XII, 729: insani feriant sine litora fluctus e. IX, 43. | saevas miserantibus ingerit hastas IX, 708: raptas fugientibus i. h.; a. IX, 763. XII, 330. | arma simul pressasque iugo moderatur habenas IV, 219[64]): terga premunt auroque graves moderantur h.; m VI, 223.

Quae dicenda sunt de hac imitationis specie, cum fere eadem sit, quae probatur clausulis hexametrorum congruentibus, differo in finem proximi qui ultimus est libri.

LIB. IX.

DE HEXAMETRORUM CLAUSULIS.

Relinquitur, ut eos versus enumerem, quibus eaedem vel simillimae sunt clausulae:

sumpserit arcus I, 12: sumpserat arcum m. II, 414. | suffusa veneno I, 106 = m. II, 777. | sanguinis auctor I, 224. II, 463. IX, 842 = m. XII, 558. XIII, 142. a. VII, 49.[65]) | sedibus imis I, 228 = g. IV, 471. | noc-

---

[63]) cf. append. crit. pag. 226.

[64]) clausula *moderator habenis* legitur f. III, 593. p. II, 5, 75. Pseudo-Tib. IV, 1, 114. cf. Luehr. l. l. pag. 53.

[65]) a. VII, 49 sanguinis ultimus auctor. cf. Zingerle, Ovid. II, 106.

tis abactae I, 231 = a. VIII, 407. | fulmina torques I, 258 = a. IV, 208; f. torquet p. III, 6, 27.[66]) | pro laude pacisci I, 319[67]) = a. V, 230. XII, 49. | † senior se tollat ad auras I, 295: genitor s. tollere a. a.; a. II, 699. cf. mox sese attollit in auras a. IV, 176. | crepuscula Phoebo I, 344 = am. I, 5, 5. | de[68]) montibus amnes I, 365 = a. IV, 164. | navita ponto I, 370 = g. I, 372. | auctor Apollo I, 399. X, 889 = a. VIII, 336. XII, 405. | pandit Apollo IV, 808 = a. III, 479. | augur Apollo I, 495 = a. IV, 376. cf. Hor. carm. I, 2, 32[69]). | totosque infusa per artus I, 416: totamque i. p. a. (mens agitat molem) a. VI, 726. | inanem mentis Oresten I, 476: egentem m. O. tr. II, 395. | oracula Phoebi I, 491 = a. II, 114. m. XIII, 677. XV, 631.[70]) | eadem et fidissima custos I, 530: eadem f. c.; m. I, 562. | mirabile visu I, 534 = a. XII, 252.[71]) | Acheronte sub imo I, 597: A. s. imost a. XI, 23. | telluris hiatu I, 184 = ep. III, 63; cf. telluris hiatus Luc. V, 82. | Nemeaei ad fluminis undam I, 575: Lethaei a. f. u.; a. VI, 714. secreti a. f. u.; a. III, 389. | et conscia virtus I, 644. VI, 826 = a. V, 455. X, 872. XII, 668. | conscia fati VIII, 206 = a. IV, 519. | nubibus atris I, 646 = a. IV, 248. m. II, 790. f. I, 315. | extendis harenis I, 710: extendit harena a. V, 374. IX, 589. | † silentia lunae II, 58 = a. II, 255. | regna capessat II, 109: r. capessam a. VIII, 507. | praeconia famae II, 176 = ep. XVI, 207. | † it Fama per urbes II, 205 (cf. data f. p. u. III, 10) = a. IV, 173. | cinxere corona II, 227 = a. X. 122. XI, 475. | more parentum II, 253 = a. VI, 223. | adolesceret aetas II, 254: adoleverit a.; a. XII, 438. | quaerere regna II, 308 = a. IV, 350. | in limine primo II, 314 = a. II, 485. VI, 427. XI, 423. | noctis imago II, 349 = tr. I, 3, 1. m. XI, 550. IX, 474. | iubet ire sub umbras II, 608: iuvat i. s. u.; a. IV, 660. | † ibis regina per urbes II, 362: ibis . . . . r. p. u.; ep. XV, 331. cf. ibit r. triumpho a. II, 578. | fortissime gentis II, 371 = a. I, 96. | montibus umbrae II, 401 = a. I, 607. g. I, 342. | † nec pace sequestra II, 425: et p. s.; a. XI, 133. | dicta reporta II, 427: d. reportat a. II, 115. | plebisque patrumque II, 443 = g. II, 509. | respice, quantus II, 446: respice, quantum p. I, 9, 25. | Calydonius heros II, 476 = m. VIII, 324. | e[72]) culmine summo II, 479: de c. s.; a. VII, 512. g. I, 402. | † agmine facto II, 493 = g. IV, 167. a. I, 82. I, 434. | contorta lacerto II, 538 = m. VIII, 345. | pelle leonis II, 618 = a. II, 722. VIII, 177. | † per saecula nomen II, 486. V, 747 =

---

66) cf. Zingerle, Ovid. II, 77.

67) codices: *luce*. Peerlkampus coniecit: *laude*.

68) codices *e*, scripsi *de*. cf. append. critic. pag. 201.

69) cf. Luehr. l. l. pag. 9.

70) cf. Zingerle, Ovid. II, 90.

71) miserabile visu silv. V, 3, 70 = m. XIII, 42[illegible]

72) praepositio *e* pro *de* postulatur et metro et v[illegible]

a. VI, 235. | ferit praecordia sanguis II, 669: coit in p. s.; a. X, 452. | Tritonia virgo II, 684. silv. I, 1, 37 = a. XI, 483. | longaeva sacerdos II, 739 = a. VI, 321. | palam satiaverit iras III, 21: cum iam s. iram tr. III, 8, 19. volet, s. ira ep. XIX, 87. | noctesque diesque III, 76. VII, 503. silv. II, 1, 210 = a. VI, 556. Hor. sat. I, 1, 76[73]). | sub rupe iacebant III, 147: s. r. iacentem e. X, 14. | ibi grandior aevo III, 176: mihi g. ae.; tr. IV, 10, 43. iam g. ae.; m. VI, 321. | monitis Iunonis iniquae III, 184: fatis I. i.; a. VIII, 292. populis I. i.; m. VII, 523. | miseroque tumultu III, 197 = a. II, 486. | temptare precando III, 240 = a. IV, 113. IV, 413. | ab origine mundi III, 242 = m. I, 3. tr. II, 559. Lucr. V, 548.[74]) cf. origine mundi g. II, 336. | turbine rerum III, 251. silv. II, 2, 127 = m. VII, 614. | semina rerum III, 658 = f. IV, 787. m. I, 9. Lucr. VI, 662. X, 208.[75]) | omnibus armis III, 357 = a. IX, 815. | optima coniunx III, 378 = tr. III, 3, 55. | canentis olivae III, 466 = m. VI, 81. | terminus aevi III, 555 = g. IV, 206. | tempora circum III, 650 = e. VIII, 12. a. V, 435. a. IX, 808. | auroque coruscis IV, 9: a. corusci a. IX, 163. | †veniat modo fortior aetas IV, 253: vivat m. f. a.; ep. I, 107. | percussus amore IV, 260 = g. II, 476. | Amphionis arces IV, 357. IV, 611. VII, 456. X, 873 = m. XV, 427. | noctisque per umbras IV, 372: n. p. umbram g. I, 366.[76]) a. IX, 314. (cf. noctis ad umbram Lucr. IV, 535. V, 972.) | noctis in umbra V, 64 = a. IX, 373. noctis in umbris Ib. 153. | solaque in nocte per umbras IV, 439: sola sub n. p. umbram a. VI, 268. | clamoribus urbem IV, 382 = m. VIII, 447. | frondibus atris IV, 467 = a. VI, 215. | incendia volvit IV, 523: i. volvont a. II, 706. | frons aspera cornu IV, 573: quibus a. c. (sc. frons) m. X, 222. | sanguinis haustus IV, 607 = m. IV, 118. | perferte laborem IV, 685: perferre l.; g. II, 343. a. V, 617. | margine ripae IV, 703. silv. II, 3, 17 = m. I, 729. V, 598. ep. V, 27. | qualis Berecyntia mater IV, 782 = a. VI, 784. | impulit aures IV, 801 = a. XII, 618. g. IV, 349. | discrimine nullo IV, 809 = tr. V, 10, 29. | summasque ad Pallados arces V, 100 = a. XI, 477. | †dum tempus agi rem V, 140: iam t. a. res a. V, 638. | circumvolat umbra V, 163 = a. II, 360. a. VI, 866 (cf. circumvolat alis I, 51 = m. II, 719. tr. II, 171. m. XIV, 507. Hor. sat. II, 1, 58)[77]). | scelus ordine pando V, 244: remque o. p.; a. III, 179. | caedis acervum V, 249: c. acervos a. X, 245. | †cum luce refulsit V, 267: in l. r.; a. I, 588. | huc saxa sudesque V, 352: aut s. s.; a. XI, 473. | genus omne ferarum V,

---

[73]) similes clausulas collegit Luehr. l. l. pag. 10: nocte dieque m. IV, 260; me nocte dieque silv. I, 2, 82. noctemque diemque theb. VI, 335.

[74]) cf. Zing. Ovid. II, 34.

[75]) cf. Zing. Ovid. II, 35.

[76]) cf. Zing. Ovid. II, 31.

[77]) cf. Luehr. l. l. pag. 10.

391 = m. X, 705. ep. X, 1 (Lucr. V, 1336)[78]. | descendit in undas IX, 279 (descendere i. u. V, 402) = g. IV, 235. | Aesone natus V, 416 = p. I, 4, 23. | caelifer Atlans V, 430 = a. VI, 796. | †regia Iuno V, 446. VIII, 504 = a. I, 443. m. VI, 94. XIV, 829.[79] | absistite ferro V, 669: absistere f.; a. XI, 307. | ignibus atris VI, 81 = a. XI, 186. f. II, 561. | caput extulit antro VI, 108 = m. III, 37. | dum vita manebat VI, 166 = a. VI, 608. VI, 661. | saxea moles VI, 242 = m. XII, 283. | fiducia belli VI, 264 = a. II, 162. | liber habenis VI, 318 = g. III, 194. | robore quercus VI, 351 = g. III, 332. | †spectabat ab aethere terras VI, 357: despexit a. a. t.; m. II, 178. | ferit gravis ungula campum VI, 401: quatit u. c.; a. VIII, 596. XI, 875.[80] | nubila caelo VI, 406 = a. III, 586. am. I, 8, 9. m. V, 286. cf. nubila caelum f. II, 493. nubila caeli Lucr. VI, 214.[81] | inmisit habenas VI, 478: inmittit h.; a. VI, 1. inmittite h.; m. I, 280. | caligine mersum VI, 510: c. mersas a. VI, 267. | ocior euro VI, 521 = a. VIII, 223. XII, 733. | ocior aura VI, 602 = m. I, 502. | in corpore virtus VI, 573 = a. V, 344. | †omnis abesto VI, 630 = a. XI, 14. | cetera pubes VI, 663 = a. V, 74. VII, 614. | colla tumescunt VI, 749 = m. VI, 377. | subitumque per agmina murmur VI, 784: serpitque p. a. m.; a. XII, 239. | adamante perenni VII, 68 = m. XV, 813. | Cyllenia proles VII, 74 = a. IV, 258. | protegit umbra VII, 107: protegat u.; g. II, 489. | in aequore summo VII, 142 = m. IV, 712. | iaculatus nubibus ignem[82] VII, 158: iaculatae n. i.; a. I, 42. | ventura senectus VII, 304 = am. III, 7, 17. | taedia vitae VII, 464 = p. I, 9, 31. | nunc cara sororum (pectora) VII, 495: hic c. s. (pectora) a. XI, 215. | nimiumque oblite tuorum VII, 547 = ep. I, 41. cf. rerumque oblite tuarum a. IV, 267. | arma quiescent VII, 549: a. quiescunt a. X, 836. | immane frementes VII, 584: i. frementi a. XII, 535. | Argivaque pubes VII, 621 = a. VII, 794. | hasta per armos VII, 634 = a. XI, 644. | lanugine malae VII, 655. IX, 703: l. malas a. X, 324. m. XIII, 754. XII, 291.[83] | corytus et arcus VII, 660: coryton et arcum tr. V, 7, 15. | letifer annus VII, 709 = a. III, 139. | immolat umbris VII, 710 = a. X, 519. | pericula ponti VII, 722 = m. XIV, 439. tr. V, 2, 29. | non frena remisit VII, 819: n. f. remittit m. II, 191. | discrimina rerum VIII, 37 = a. I, 204. | regnator Olympi VIII, 41 = a. II, 779. VII, 558. X, 437. | limina portae VIII, 56 = a. II, 752. III, 351.[84] | ipso in

---

78) cf. Zing. Ovid. II, 38.

79) in limine vitae V, 260 (ad limina v. V, 535) = Lu[illegible] cf. Zingerle »zu spät. lat. Dichtern« pag. 60.

80) quatit ungula terram Enn. ann. 231. 281. cf. Zing. [illegible]

81) cf. Zing. Ovid. II, 28.

82) hic versus mihi corruptus esse videtur.

83) cf. Zing. Ovid. II, 15. — z. spät. lat. Dicht. pa[illegible]

84) cf. Zing. Ovid. II, 25. — z. spät. lat. Dicht. pa[illegible]

limine portae XI, 339 = a. II, 242. | mea regna lacessat VIII, 75: haec r. lacessent a. XII, 186. | honore sepulcri VIII, 133 = tr. III, 3, 45. | inutile ferrum VIII, 140 = a. II, 510. | manus cum voce tetendi VIII, 146: palmas c. v. tetendit a. II, 688.[85] | pectora bello VIII, 211 = a. VIII, 29. | undique clamor VIII, 263 = a. IX, 566. | Stygiisque emissa tenebris VIII, 376: Stygiis e. t.; g. III, 551. | cadentibus Haedis VIII, 407 = m. XIV, 711. | inter tela iacentem VIII, 443: i. t. iacentis a. IX, 329.[86] | comminus ictu VIII, 469 = a. IX, 770. | me fulmina contra VIII, 505: cum f. c.; a. X, 567. | fiducia cessit VIII, 532 = a. VIII, 395. IX, 126. X, 276. | sanguinis insons VIII, 575 = m. XIII, 149. | quo tenditis? inquit VIII, 602 = a. V, 670. VIII, 113. | et multo sudore receptus VIII, 638. nullo s. r. X, 783: e. m. phaleras s. r.; a. IX, 458. | vulneris unda VIII, 749: v. undam a. IX, 700. | solacia leti IX, 17 = m. VIII, 773. | solacia morti IX, 664: s. mortis m. V, 73. | claraque hac luce fruantur IX, 21: optata l. f.; a. IV, 619 (cf. claraque in l. refulsit a. I, 588). | sonat arduus aether IX, 30: silet a. a.; a. X, 102. ruit a. a.; g. I, 324. | pignus amoris IX, 62 = m. VIII, 92. ep. XI, 113. a. V, 538. V, 572.[87] | traiectus pectora ferro IX, 309: traiectaque p. f.; a. I, 355. | insignis et auro IX, 332 = a. IV, 134. | confinia ponti IX, 359: c. pontus m. XV, 291. | pectore anhelo IX, 402: pectus anhelum a. VI, 48. | tollens ad sidera vultus IV, 453 = m. I, 731. t. a. s. vultum f. II, 75.[88] | tollens ad sidera palmas X, 336: tollensque a. s. p.; m. VI, 368.[89] | mucrone corusco IX, 542. X, 774 = a. II, 333. | ego volneris auctor IX, 558: nec v. a.; a. IX, 748. | voce precatur IX, 607 = a. IX, 403. XI, 784. | oracula fallunt IX, 662 = m. I, 491. | externum haurire cruorem IX, 675: nostrumque h. c.; m. XIII, 331. | lapsa per auras IX, 678 = m. VIII, 51. | origine gentis IX, 333 = a. I, 642. | sub nocte silenti IX, 793. X, 202 = a. IV, 527. | stricto mucrone petebat IX, 805: ducto m. p.; a. XII, 378. | figere dammas IX, 830 = g. I, 308. | agmine longo IX, 845. X, 785 = a. V, 90. X, 769. | tessera signum X, 17 = a. VII, 637. | dulcedine captos X, 79 = cul. 126. p. I, 3, 35. | in penetralibus altis X, 104 = a. VII, 58. | ea tristis imago X, 105: tua t. i.; a. VI, 695. | quacunque supervolat orbem X, 142: totumque s. o.; m. IV, 624. | sumere vittas X, 190 = Ibis 103. | verba imperfecta relinqui X, 151: v. i. reliquit m. I, 526. ep. XIII, 13. v. i. relinquo tr. I, 3, 69. | adcommoda fraudi X, 192 = a. XI, 522. | exuit ensem X, 271 = a. IX, 303. | descendat ad umbras X, 404: descendit a. u.; a. VI, 404. | fortuna precari X, 407 = a. VIII, 127. | miserabile corpus X, 409 = a. XI, 59. | et caede

[85] cf. Zing. z. spät. lat. Dicht. p. 60.
[86] cf. Zing. Ovid. I, 32.
[87] cf. Zing. Ovid. II, 93.
[88] cf. Zing. Ovid. I, 32.
[89] cf. Zing. z. spät. lat. Dicht. p. 52.

recenti X, 455 (c. r. X, 467) = a. II, 718. | pectore toto X, 461. X, 509 = a. I, 717 (Lucan. IX, 23). | undique portas X, 492 = m. IV, 439. | in limine primo X, 496 = a. II, 485. VI, 427. XI, 423. | fulminis ictum X, 618: f. ictu p. III, 1, 51. (cf. Lucr. III, 486). | Mavortius Haemon X, 653 = a. IX, 685. | dextramque repressit X, 661 = a. XII, 939. | proelia misce X, 713 = ep. XVIII, 141. | aequore campi X, 739 = a. VII, 781. | ardua virtus X, 845 = art. II, 537. | mediis in nubibus aether X, 849: latuitque i. n. a.; m. XIII, 582. n. a. Lucr. VI, 268 (cf. Zing. Ovid. II, pag. 37). | diemque reducit XI, 6 = g. I, 249. | discordibus armis XI, 100 = g. II, 459. | aequore aperto XI, 203 = a. XII, 333. | aspera Iuno XI, 211 = a. I, 279. | regia caeli XI, 218 = a. VII, 210. | turribus altis XI, 219 = a. IX, 470. X, 121. | statione relicta XI, 240 = a. IX, 222. | fervidus ira XI, 253 = a. VIII, 230. IX, 736. | odere sorores XI, 294 = a. VII, 327. | exaestuat ira XI, 297 = a. IX, 798. | corpore toto XI, 311. XII, 318 = a. XII, 728. VI, 494 (apud Lucretium saepissime; cf. Zing. Ovid. III, 27). | voce superba XI, 360 = a. VII, 544. | sceptri si tanta cupido est XI, 433: nostri s. t. cupidost a. VII, 263. cf. si tanta cupido a. VI, 133. | conatibus obstant XI, 436: c. obstat m. IV, 249. | canibusque silentia suadet XI, 534: digitoque s. s.; m. IX, 692. | frigore primo XI, 544 = a. VI, 309. | tibi vota supersunt XI, 672: mea v. s. am. III, 2, 81. | ex agmine tanto XI, 722 = a. V, 378. | sede recondam XI, 729 = a. I, 681. | oscula figunt XII, 27 = a. II, 490. cf. oscula figens m. IV, 141. o. figit Lucr. IV, 1171. (Zing. Ovid. II, pag. 27). | in tecta ferebant XII, 104 = a. VIII, 584. | regina catervae XII, 111: r. caterva a. XI, 478. | causasque requirit XII, 147 = a. VI, 710. | Busiridos aras XII, 155 = g. III, 5. | virtutis honorem XII, 177: v. honore cul. 358. | ab agmine fido XII, 183 = m. III, 379. | per et invia saxa XII, 232: perque i. s.; a. I, 537.[90]) | dextramque ad moenia tendens XII, 255: dextram sub m. tendit a. XII, 579. | ubi incluta fama XII, 331: et i. f.; a. II, 82. | complexa tenerem XII, 337: c. teneres am. I, 13, 39. c. tenebas am. III, 11, 11. | seu numine divum XII, 420: si n. d.; m. VI, 542. sine n. d.; a. V, 56. VI, 368. | non plura queruntur XII, 478: nec p. querentem a. I, 385. | novum ritusque sacrorum XII, 501: morem r. s.; a. XII, 836. | delubra Minervae XII, 531 = f. III, 837. | Neptunius heros XII, 588 = ep. IV, 109. m. IX, 1. | concitus ira XII, 589 = a. IX, 694. | post terga revinctas XII, 677: p. t. revinctum a. II, 57. | curru sic fatur ab alto XII, 641: puppi s. f. a. alta a. VIII, 115. | morte futura XII, 760 = a. VIII, 709. | Pallas honorem II, 704: P. honores Hor. car. I, 12, 20.[91]) | funere mater IV, 233. funera matris silv. II, 1, 97: funera mater a. IX, 486 (cf. funere

---

90) cf. append. crit. pag. 225.
91) cf. Luehr. l. l. pag. 9.

matres Cat. LXIV, 349)[92]. | nixa columnis II, 67. silv. I, 2, 152. innixa c.: silv. IV, 2, 38: innixa c. p. III, 2, 49. Pseudo-Tib. III, 3, 13.[93]

Adiungenda sunt nonnulla substantiva cum praepositionibus coniuncta, quae ubicunque leguntur in his carminibus versus claudunt:

per aevum | *per urbes* | *per umbras* | *per agmen* | *per agros* | *per auras* | *per herbas* | *per hostes* | *per artus* | *sub armis* | *sub umbra* | *ad auras* | *ab arce* | *ab alto* | *ab oris* | *in auras* | *in iras* | *in armis.*

Quoniam similes versus quam potui diligentissime collegi et enumeravi, quomodo factum sit, ut tanta evaderet clausularum quae congruunt multitudo, paucis aperiendum est; accurate de universis huius rei causis quaesivit Zingerle, Ovid. pag. 114—120.

Illa tanta similitudo, quam inter Thebaida atque Aeneida, Metamorphoses, reliqua carmina esse vidimus, nullo modo nisi summo studio effici potuit, quo Statius his poetis penitus cognoscendis se dedidit. quo studio accidit, ut multos versus inprimis ex Ovidii carminibus, quae sponte sua ad numeros aptos venisse ipse auctor dicit,[94] memoria retineret et occasione data eodem vel diverso modo adhiberet: nolenti quasi poetae, quippe qui amore quodam exempla complexus sit, Ovidianae et Maronianae clausulae exciderunt.

Haec pertinent ad eos versus, qui non tam sensu quam verbis congruunt.

Ceteros eosque plurimos una cum argumentis et rebus ex Vergilii et Ovidii carminibus sumpsit Statius; quem cum in rebus, hominibus, deis fingendis et describendis saepissime illorum vestigiis institisse viderimus, plurimos versus vel versuum partes communes esse consentaneum est, cum praesertim minus apta sit ad dactylicos versus faciendos et inprimis ad hexametrorum clausulas tamquam rotundo ore pronuntiandas lingua Romana.

---

92) cf. Luehr. l. l. pag. 31.
93) cf. Luehr. l. l. pag. 46.
94) cf. Ovid. trist. IV, 10, 25.

Denique ut ea quae singillatim exposui breviter comprehendam, primum in Thebaide omnino disponenda et in pluribus argumentis fingendis et enarrandis Vergilium, raro Ovidium imitatum esse, deinde in genere dicendi et in hexametrorum clausulis prope ad utrumque accessisse, tum in rebus singulis describendis, in apparatu mythologico, in artificiis epicis Vergilium fere solum auctorem et ducem presse secutum esse Statium demonstrasse mihi videor; quocunque in amplo Thebaidos campo spectamus, eum summo studio Vergilium, interdum Ovidium sectantem videmus.[95]

Id autem huic poetae laudi vertendum est, quod, cum ingenii minime inops esset, ultra exemplum progressus nova nec raro audacia temptavit. quae planissime cognoscuntur ex ultimis Thebaidos libris. neque enim sine fructu exemplis Vergilii et Ovidii usus est Statius, sed initio carminis epici auctores suos presse sectatus magis magisque ingenium suum excoluit, ut suis viribus stare posset. itaque fit, ut iam in ultima Thebaidos parte rarescant vestigia imitationis Vergilianae et Ovidianae et fere nulla appareant in eo opere quod imperfectum reliquit, in Achilleide, quod carmen exemplis neglectis suo ingenio exercitato usus Statius composuit. contra in Silvis, ad quod novum poesis genus extrema vita se contulit, nondum satis confisum indoli lyricae Statium multos ex prioribus poetis denuo auxilio vocasse diligenter demonstravit Georgius Luehr.

---

[95]) Quam late pateat haec imitatio, non satis intellexisse videntur ei viri docti, qui nuper de Statio iudicia fecerunt: veluti Bernhardy, Grundr. d. Röm. Litt. pag. 514 . . . . . im Detail geht er (Statius) seinen eigenen Weg und zeigt viele Belesenheit. Bähr, Gesch. d. Röm. Lit. I, 423: in der Form schliesst sich Statius gleichfalls w[illegible] seine Vorgänger an Vergil's Aeneide an. — ibid. 425: im Uebrigen [illegible] was Sprache und Ausdruck im Einzelnen betrifft, Virgilius auch i[illegible] or und Vorbild, das er freilich nicht erreicht. Teuffel, Ges[illegible]. Litt. § 321: . . . die Thebais in 12 Büchern, stofflich wo[illegible] timachos, in der epischen Technik nach Vergil gearbeit[illegible]

APPENDIX CRITICA.

Quae ratio intercedat inter Statium eosque quos imitatus est et qualis sit haec imitatio, iam vidimus. unde proficimus ut habeamus quo nonnunquam ipsa Statii verba in integrum restituamus. nam comparando cum exemplis, quae habuit, cum optime poetam qualis sit cognoscamus, ratio emendandi certa data est, atque interdum fit, ut, si imitatione arte cohaerent, alios locos aliis corrigere possimus. haec vero auxilia et rara sunt et summa prudentia adhibenda. cum enim nullo fere loco aut in oratione aut in sententiis aut aliis in rebus exemplis totum se dederit Statius, sed plerumque in iis, quae deprompsit, ultra eos quos secutus est processerit, ad eaque sui ingenii et audacis dicendi generis aliquid addiderit, ne, quae propria sunt Statii, exemplis adducti corrigendo removeamus cavendum est.

Sed priusquam coniecturas, quas aliquid profecturas esse spero ad Thebaida restituendam, proferam, de codicibus eorumque ratione, quam Mueller in editione Thebaidos optime illustravit, pauca praemittam.

Is in praefatione exposuit duas Thebaidos recensiones iam ante scholiastae tempora exstitisse inter se discrepantes, quas quidem litteris x et y significamus.

Alterius generis (x) effigiem praebet codex Puteanus sive Parisiensis, quem decimo saeculo scriptum, quod prior haec Thebaidos recensio Statii scholiastae incognita fuerit nec medii aevi scholasticis tota patuerit, summa fide esse constat Muellero; notat eum littera P.

Alterius recensionis (y) Mueller principem ducit librum Bambergensem saeculo eodem scriptum, cui eadem fere auctoritas est. significatur littera B.

Ex his duobus codicibus medium per aevum plurimi libri sunt profecti atque ita, ut, qui ante saeculum duodecimum scripti sunt, codicem Bambergensem B, contra codices saeculo duodecimo vel tertio decimo exarati codicem P sequerentur. horum codicum omnium, qui fide inferiores sunt, B et P exceptis, consensum repraesentat littera M, quas lectiones dicit Mueller illorum temporum vulgatas. hos singulos libros et qui accedunt accuratissime ille in editione enumerat. itaque plerumque genuinam lectionem praebent codices P et B, et summa fide est consensus codicum P, B, M.

Haec pertinent ad sex illos quos Mueller edidit libros. in reliquis tractandis adhibui editionem Thebaidos, quae auctoribus I. A. Amar et N. E. Lemaire facta est, quae non tam planam habet codicum rationem; atque hic quoque pro fundamento lectionis habendus P, quem Reg. B notat editor, et praeter hunc Reg. C (in Muelleri editione p.), de quo Mueller multo rectius iudicavit. reliquos habes in editione Thebaidos vol. IV accurate descriptos.

Initium emendandi facio a verbis illis, quae in omnibus codicibus ita leguntur Theb. **1, 532:**

tacitaque inmurmurat aure.

Adrastus ubi Polynicem et Tydeum generos oraculo sibi destinatos esse cognovit, ut fata rata fiant, filiarum altricem advocat, quae filias ipsas arcessat. quod regem illi adulescentibus praesentibus non clara voce sed submissa mandare par est. Neque vero verba, quae leguntur in editionibus:

tunc rex longaevus Acesten . . . .
imperat acciri tacitaque inmurmurat aure;

recta esse mihi videntur. nam ut elegantissime Statius regem facit *inmurmurantem*, ne quisquam nisi altrix sola prope adstans verba exaudiat, ita intolerabile est *tacita aure*. pr[illegible] [illegible]n enim mirum et obscurum in modum *auris* dicta est [illegible] quae phrasis similisve nunquam legitur, deinde cu[illegible]

auris, de qua agitur, nemo intellegit, denique, qualis sit ablativus quaque vi et significatione insignis, minime perspicitur. nam cum verbum nullum cum praepositione in compositum coniungi cum ablativo casu absoluto Draegerus accuratius demonstraverit, ut ablativi tacita aure ex verbo inmurmurandi pendeant, tantum abest, ut, si casus appositus est, dativus solus occurrat. legitur verbum inmurmurandi his locis:

m. VI, 558 *terraeque tremens inmurmurat atrae.* m. XI, 187 *terraeque inmurmurat haustae.* m. XI, 567 *ipsisque inmurmurat undis.* georg. IV, 261 *silvis inmurmurat auster.*

de dativo his locis recte adposito dubitari non potest. nullo casu addito adhibitum est m. III, 646. in Thebaide ipsa praeter illum uno loco legitur XI, 63:

terraeque inmurmurat absens

quo loco poetam dativo adiuncto Ovidium secutum esse manifestum est. quae cum ita sint, v. 532 emendo:

taciteque inmurmurat auri,

id est, Adrastus altricem advocat eiusque auri, quae vult, inmurmurat submissa voce. quod adverbio tacite significari posse quamquam exemplis demonstrari nequit, tamen plane efficitur ex his locis, ubi adiectivo tacitus hic sensus est:

m. IX, 300: *tacita quoque carmina voce dixit.* theb. VI, 632: *numina supplex adfatu tacito . . . adorat.* m. VI, 203: *tacito venerantur murmure numen*

qui locus eius de quo agitur simillimus est: certe inter tacite inmurmurare et tacito murmure fere nihil interest.

Versus **I, 364—365:**

. . . modo saxa iugis fugientia ruptis
miratus, modo nubigenas e montibus amnes

levi librarii peccato depravatos puto. etenim cum adiectivum nubigena similiaque, quod raro adhibita sunt, a propria et principali significatione non recessisse non solum verisimile sit, sed versu illo Thebaidos I, 206:

summis cognati nubibus amnes

qui fere cum eo de quo agimus congruit sensu, confirmetur, ut adiectivo *nubigena* adiungatur *e montibus* nullo modo fieri potest. an tu amnes nubigenas atque e montibus ortos eosdem esse censes? dixerit quispiam verba optime intellegi, si ex iis, quae antecedunt, suppleatur fugientes. ego vero hac re difficultates potius augeri quam removeri contendo: nam qui amnes sunt nubigenae e montibus fugientes? quibus causis et versu Aeneidos IV, 164:

ruunt de montibus amnes,

qui locus nescio an Statii animo obversatus sit, commotus verba, de quibus agitur, ita sananda esse puto:

nubigenas de *montibus amnes*

quam constructionem, si suppleatur fugientes, rectissimam esse negari non potest.

II, 82: *qualia per Rhodopen rabido convivia coetu Bistones aut mediae ponunt convallibus Ossae.*

quae verba Mueller optimorum codicum fidem secutus in textum recepit; *in vallibus*, quod praebet γ, cum notio, quae inest in substantivo *convallis*, aptissima sit, recte reiecit. at quid sibi vult *mediae . . . Ossae*? persuasum mihi est Statium scripsisse mediis ... convallibus Ossae, quibus locis versari Bistones et convivia ponere non male dicuntur. augetur coniecturae probabilitas simili loco qui legitur in Verg. Aen. IV, 156:

at puer Ascanius mediis in vallibus acri gaudet equo.

Plus negotii est in versibus **II, 267—268:**

. . . *longa est series, sed nota malorum persequar, unde novis tam saeva potentia donis.*

ita scripsit ex codicibus optimis Mueller. conexu[illegible] [illegible]enten-tiarum hic est: profectus a re adversa, quae d[illegible] [illegible]tiali Argiae accidit, de monili fatali, quam causam [illegible] [illegible]sse putat, accuratius disserit Statius, sed, id quo[illegible] [illegible]bis sequentibus plane apparet, ita, ut non tam [illegible] [illegible]eo

orta enumeret et enarret, quam quomodo id fabricaverit Volcanus tantaque vi instruxerit, describat. qua re fusius exposita, ut transitus esset vel reditus, unde profectus est, quas feminas illud monile reddiderit miseras, leviter tangit. quae cum ita sint, in versu 267 neque verba ipsa sana neque recte distincta sunt; nullo enim modo fit, ut Statius nota malorum persequatur, et omnino stultus est, qui *ex longa malorum serie* persequatur *nota*. huc accedit, quod ex verbis ita interpunctis, quo spectet *persequar*, nemo intellegit: si ad *nota* malorum, enuntiatum *unde novis tam saeva potentia donis* non habet, ex quo pendeat, si ad hoc enuntiatum, verba *sed nota malorum* disiuncta sunt. haec insana ut sana fiant, necesse est, verba *longa est series sed nota malorum* distingui a *persequar unde novis tam saeva potentia donis*, quibus, quae revera postea explicat, ea in prooemio quasi iam sibi proponat Statius. nectuntur igitur sententiae hoc modo: cum mala nota sint, quomodo orta sint ex monili, persequar.

Haec omnia recta sunt. restant verba:

longa est series sed nota malorum,

quae si diligenter circumspicimus, multo aptius particula et copulativa coniungi quam adversativa sed seiungi facile intellegimus, nam seriem malorum propter id ipsum, quod et longa et nota est, mittit. quas ob causas Statius scripsisse videtur et distinxisse:

longa est series et nota malorum ;
persequar, unde novis tam saeva potentia donis

quod propositum revera deinde peragit poeta.

Versus **II, 343** tradunt codices optimi sic:

tua me properabo fateri angit amata salus,

quae verba Schraderus uno codice (c) adiutus recte correxit in

angit, amate, salus

sed eadem corrupit Bentleius, quem Mueller secutus est, in

tangit, amate, salus.

neque quicquam est, quod probet hanc coniecturam, contra plurima, quae lectionem codicis c. primum enim Argia curis consiliisque mariti sollicita, ut eum a proposito prohibeat, se a n g i dicit optime, quoniam in verbo angendi multo gravior quam in verbo tangendi vis animi movendi inest; atque movere vult Polynicem Argia. sed cum omnino pericula marito imminentia non tam t a n g e r e quam a n g e r e coniugem par est, tum revera cruciatur Argia. maximi autem momenti illud est, quod Statius tangendi verbo nunquam, saepius angendi simili modo usus est:

Achill. I, 183: *angunt sua gaudia matrem.* theb. VI, 827: *variae laudes et conscia virtus Tydea magnanimum stimulis ingentibus angunt.*

et apud Ovidium legimus:

m. XIII, 578: *cura deam . . . angit.*

II, 356: quamquam Mueller Schraderum secutus non male scripsit:

dabitur mihi . . . tranquilla quies,

non est cur lectionem codicum optimorum:

tranquilla dies

reiciamus. substantivum enim *d i e s* Statio in deliciis esse saepiusque ab eo pro *temporis* notione feminino genere adhiberi apparet ex his locis:

silv. III, 2, 127: *ergo erit illa dies* (= illud tempus). silv. III, 3, 124: *felix o! si longa dies, si cernere vultus . . .* (= si diu vixisses). silv. I, 1, 94: *dum Romana dies* (= tempus Romanorum imperii).

atque adeo quadam elegantia dictum est *tranquilla d i e s*, nam paulo infra v. 361 legimus *l u x i l l a* et optime versus consentiunt:

II, 357: *dabitur mihi .. tranquilla d i e s*: II, 361 *aderit l u x i l l a t i b i*,

quibus verbis idem tempus significatur. praeterea hunc locum ita tradit Priscianus I, 351, 16 (ed. Hertzius), ut verba omni suspicione careant.

II, 396: . . . *laetum descendere regno;* ita codices [illegible] *discedere* p. Taur., Beh. 1. 2.

Agitur de foedere ab Eteocle et Polynice fratribus icto, quo, ut alter per unum annum regno functus id alteri deferret et ex patria exiret, inter se pacti sunt. quam ob rem, si Tydeus a Polynice Thebas missus Eteoclem admonet, ut in foederis condicionibus perseveret, utrumque: et ut regnum dimittat et ut in exsilium eat, eum postulare aequum est. qui sensus ut revera verbis exprimatur, non *regno descendere*, quae, si regnum intellegi potest solium, altera foederis condicio est, sed *regno decedere* desideratur, quod et regnare desinere et finibus excedere significat. hoc verbum, quod Mueller quoque ab illo loco, qui ad eandem pactionem pertinet,

Theb. I, 317: *humilem decedere regno*,

allatum proponere videtur, sine dubio Statius scripsit. accedit, quod, cum v. II, 398:

succederet aulae (= regnaret)

id pronuntietur, quod Tydeus pro Polynice postulat, verbo decedendi opus est, ut verba, quibus fratrum casus declarantur, recte inter se opponantur.

Verbum descendendi esse depravatum iam Lachmannus, qui discedere mavult, intellexit. ceterum *descendere* pro *decedere* etiam Theb. VI, 620 unus codex exhibet.

Difficillimus est v. **II, 465,** quem codices optimi hoc modo exhibent:

Oedipodes tu solus eras, haec praemia morum . . . feres

eris pm, quae verba Mueller mirum in modum mutavit in

Oedipodis tu solus eras, haec praemia morum . . . ferens.

Res quae narratur est haec: postquam Tydeus Polynicis legatus non mirum esse dixit, Eteoclem tam scelestum esse, quod iam auctor generis, Cadmus, et thalami parentum fuissent scelesti, apte Eteoclem ipsum propter animum moresque eius Oedipodem nominat, non quod filius sit Oedipodis sed quia ex sceleribus et poena alter Oedipus cognoscatur. his expositis de substantivo *Oedipodes* nihil mutandum est. quod

si scribimus, pro *eras* in textum ex codicibus p et m recipiendum est *eris*. nam cum adhuc nulla iniuria, nullum scelus commissum sit, cum is sit Eteocles, qui caedem facturus, qui diras poenas daturus sit, non imperfectum tempus sed f u t u r u m exspectatur; lectio *eris* confirmatur *feres* futuro in enuntiato quod sequitur in codicibus optimis tradito, quod eadem qua *eris* ratione dictum est. hoc enim significare vult Tydeus, Eteoclem non solum propter scelera sed etiam propter scelerum praemia alterum Oedipodem esse futurum et recte exprimit his verbis: nam *haec praemia feres* (sc. Eteocles) idem est quod *huius praemia* vel eadem, quae Oedipus tulit, *feres*. contra *ferens* quod Mueller mavult quomodo tolerari possit ego quidem non assequor. errat enim vehementissime, cum putet his verbis causam addi, cur Eteocles nominetur Oedipus, quae hercle luce clarior est; sed quisquis omnia diligenter circumspexerit, duas illas sententias hoc valere concedet: Oedipum fore Eteoclem e t e x s c e l e r i b u s, id quod prima sententia, e t e x p r a e m i i s, id quod altera continetur. dixerit quispiam hoc fieri non posse, quod desit particula copulativa; sed cum Tydeus quodam animi motu verba fundat, eleganter ea omittitur.

Quibus causis expositis vv. II, 465—66 ita legendos esse opinor:

Oedipodes tu solus eris, haec praemia morum ac sceleris, violente, feres.

II, 538: (*hasta*) *vasto Chthonii contorta lacerto* ...

haec est lectio codicum, qui discedunt in solo nomine proprio, de quo nihil dubii remanet. displicet mihi adiectivum *vasto*. quod cum semper ad ambitum et molem, nunquam ad corporis vim, de qua hic agitur, spectet, Chthonium *valido lacerto*, non *vasto* hastam contorsisse apparet ex his exemplis:

Theb. V, 141 *validis lacertis*, Theb. V, 378 *inval*[illegible]*is*, met. IX, 223 *validis actum lacertis*, f. VI, 719 *validos lac*[illegible]

manui hoc adiectivum additur:

Aen. X, 320 *validae manus*, Aen. XI, 552 *telum valida manu quod gerebat*, Aen. XII, 98 *valida manu.*

haec vis nunquam inest in adiectivo *vastus*. nam etsi

Manil. IV, 667 *elephas vastus*, Verg. Aen. VIII, 295, Man. V, 698 *leo vastus*, Manil. I, 420 *Gigantes vasti*, Verg. Aen. III, 647 *Cyclopes vasti*

vocantur, tamen his locis omnibus illustratur moles, quae eo de quo agimus loco nullius momenti est; magna vi contorquet hastam non lacertus vastus sed validus.

II, 634: *singultibus artum vexavit thoraca dolor*
Muellerus conicit, cum quid sit:

exhaurit thoraca (ita codices: P *exaurit* [h], BM *exhaurit*)

non intellegat. quod quam perverse coniecerit, neminem fugit. primum enim non perfectum tempus sed praesens postulatur. deinde ut verbum exhauriendi offendat, tantum abest, ut, quod melius quadret, nesciam. hoc enim verbum, quod apud Statium latius patet saepiusque occurrit, non solum idem est quod exhauriendo aliquid minuere, inane reddere, perficere, superare, (ut labores vel pericula), verum etiam, si non res ipsa sed, quod inest, exhauritur: exhauriendo afficere, fatigare. haec fatigandi vis inest:

Theb. II, 37 *exhausti venti* (= *v. flando confecti*), Theb. VI, 669 *corpore exhausto* cod. BM; *ex vasto* Mueller.) [96]

Item illo loco *dolor pectus thorace artum singultibus* fatigat vel singultus pectori thorace arto dolorem afferunt, quod quadam arte verbo exhauriendi describitur. eodem modo substantivum *thoraca*, cum vice substantivi pectoris fungatur, ita ut de industria hic Statius aliquid dubii nimis audax reliquisse videatur, tolerari potest. vituperandum igitur esse poetam, non corrigendum censeo.

---

[96]) cf. Georg. IV, 248 *apes exhaustae.*

III, 54: *nulla agmina circum magnanimosque duces.*

pro hac codicum optimorum lectione Mueller Lachmanni coniecturam

magnanimosve

in textum recepit. concedo Lachmannum non sine elegantia hoc coniecisse, ut negativae sententiae particula disiunctiva coniungerentur. sed saepissime fit, ut scriptores et poetae duabus notionibus arte coniunctis unam exprimant veluti his locis:

Theb. V, 276 *nec dictis lacrimisque avertere luctus.* Theb. IV, 278 *nondum arva domusque.* Theb. VI, 174 *nec vero crudelem avidamque.* Theb. IV, 411 *nec tripode implicito numerisque sequentibus.*

Atque cum eo de quo agimus loco *que* optimorum codicum fide comprobatum sit: et agmina et duces discrimine non facto occisos esse, neque quemquam praeter nuntium rediisse his verbis dicere vult Statius. si ita verba intellegimus, quod traditum est, tolerari potest. ceterum obversatum esse videtur hoc loco Statio illud versus initium Vergilii

Georg. IV, 4 *magnanimosque duces,*

ubi sententia non est negativa.

III, 324: *iamque emensus iter*

codd. BM et Mueller; *remensus* (littera *r* evanida in P) Pm,

quos codices Statii verba tradere mihi constat. quamquam enim Mueller collectis pluribus exemplis (Theb. II, 375. VI, 938. Silv. IV, 4, 88. Ach. I, 245) Statium plerumque dixisse *emensus iter* demonstrat, tamen, quod in multos locos, id in omnes cadere minime necesse est. sane hic non solum de itinere, ut illis omnibus locis, sed etiam de reditu agitur.

eadem significatione hoc verbum legitur:

Curt. V, 3, 23: *stadia quae remensi sunt.* Sen. Med. 31: *sol non remetitur diem*; cf. Silv. IV, 7, 54.

V, 103: *stricto mox ense silentia iussit hortatrix scelerum et medio sic ausa profari*

praebent omnes codices neque est, in quo offendamus. nam cur Statius *ausa* dixerit, ex verbis ipsis *hortatrix scelerum* et ex eis quae sequuntur:

rem summam instinctu superum meritique doloris, o viduae (firmate animos et pellite sexum) Lemniades, sancire paro

intellegitur. Polyxo enim Lemnias feminas, ut maritos trucident, hortata, cum facinus indignum et terribile dictu suadeat — summo virorum desiderio usque Lemniades captae erant — in verbis ipsis et consilio pronuntiando magnam profecto audaciam atque temeritatem praestat, quae verbis

sic ausa profari

optime describuntur. neque minus probandum est genus dicendi; sane simillimum est his locis:

Ach. I, 142: *si molles habitus et tegmina foeda fateri ausa seni.* Theb. X, 380: *nec verba, nec ausi flere.* Verg. Catal. XI, 56: *quin ausim hoc etiam dicere.* Verg. Aen. II, 768: *ausus quin etiam voces iactare per umbram.* Ovid. am. II, 1, 11: *ausus eram, memini, caelestia dicere bella.* Ovid. ep. XII, 133: *ausus es . . . o! iusto desunt sua verba dolori . . . ausus es ,Aesonia' dicere*

et locus fere idem:

Theb. XII, 545: *ausa ante alias Capaneia coniux: Belliger Aegide* (ita omnes codd.).

Quas ob causas nihil est, quod cum Bentleio, Lachmanno, Muellero mutemus *ausa* in *orsa*, quod participium quamquam hoc sensu nonnullis Statii carminum locis occurrit:

Theb. VII, 247: *quae sic orsa prior.* Theb. X, 125: *tunc sic orsa loqui.* Silv. V, 5, 27: *orsa . . . est,*

tamen his dissimillimis eius de quo agitur locis ne minimum quidem demonstratur.

VII, 239: *subeunt campo, qui proximus urbi damnatus bellis patet, expectatque furores.*

ita codices; alter Behot. *expectantque furores.* Si recte hunc locum perspicio, quomodo Eteoclis socii ex Aonia, Euboea, Phocide ad Thebas profecti ante urbem acie instructa hostes Argivos exspectent, enarratur. atque ut sciamus, qui qualisque sit ille campus, verba addita sunt *qui proximus urbi damnatus bellis patet.* qua secundaria sententia finita, verbis insequentibus, quibus nihil cum antecedentibus commune

est, primaria: *subeunt campo* pergitur. quam ob rem lectionem codicis Behottii

expectantque furores (sc. milites)

ceterorum lectioni praeferendam esse arbitror.

III, 4: *invigilant animo scelerisque parati supplicium exercent curae;* exhibent PB[1]M; *patrati* B[2] vel B[3], quam lectionem a Lachmanno probatam Mueller substantivo *supplicium*, ut videtur, commotus in textum recepit. — Postquam Tydeus, Polynicis legatus, decessit, Eteocles, qui insidiis paratis eum occiderent, sub vesperum miserat, ex quibus cum ad mediam noctem ne unus quidem rediisset, rex curis vexatus, inscius, quae et quomodo peracta essent, de scelere dubitare coepit. haec plane apparent ex verbis quae sequuntur. quamquam igitur res iam pessime gesta est, tamen Eteocles, cum nihil habeat cognitum, adhuc scelus non patravisse sed paravisse dici potest. neque quicquam, quominus scribamus *parati*, prohibet. an supplicium sceleris parati nullum est? quam ob rem, si sensum respicimus, verbum parandi aptissimum est atque genere dicendi, cum verbum patrandi non modo in Statii sed ne in ullius quidem poetae dactylici carminibus praeter Lucretii et Claudiani exstare videatur, maxime commendatur.

III, 78: *gliscis regnare superbus*

(ita BM); Mueller lectionem codicis P *gestis*, quam recipit in textum, tuetur hoc modo: »*gliscis* BM, *quod verbum quamquam alibi quoque apud Statium (Theb. VIII, 755. XII, 639) exultandi vel gestiendi significationem habet, tamen hoc loco recipere dubitavi, quoniam infinitivo iunctum nusquam reperitur.*« sed et saepissime hic poeta in verbis construendis de aliorum poetarum via decedit et infinitivi ponendi studium quoddam atque audaciam ab eo non alienam esse his docetur exemplis:

Theb. XI, 46: *trux maeret ab astris . . . et similes* [illegible]*que videre pharetras.* Theb. IV, 714: *ille alta per avia* [illegible] . .

rumpere. Theb. VII, 705: *casus lenire et demere fatis iura frequens.* Theb. VIII, 588: *et spoliare superbit Oenides.* Theb. X, 221: *flagrant comitari et iungere casus.*[97])

quibus omnibus locis cum infinitivus unius Statii proprius sit, *gliscis regnare* a Statio non alienum esse censeo.

III, 493: *tunc omnis in* ***astris*** *consonet arcana volucris bona murmura lingua.*

ita omnes codices secutus Mueller; agitur de avibus, quae volatu et vocibus auguria faciant. sed, quomodo volucres in astris consonent, frustra quaeritur. nam quamquam substantivum astra saepius idem sonare quod caelum notum est,

cf. Theb. X, 375: *et fulgure claro astra patent.* Theb. III, 670: *subter volat astra tumultu*

et uno Silvarum loco:

silv. IV, 3, 38: *non tensae volucrum per astra pennae nec velocius ibitis, carinae*

auram altissimam et caelo proximam significare videtur, tamen eo de quo agitur loco, cum longe alia res sit, *in astris* est reiciendum: cum illic (silv. IV, 3, 38) poeta verba faciat de avibus, quae per aera celerrime volantes ad exprimendam miram rem comparandi causa afferuntur, quae non tam cernuntur quam finguntur, hic, quod observantur aves ab auguribus earumque voces audiuntur, eae in astris, quomodocunque interpretaberis, nullo modo esse possunt. quas ob causas restituamus genuinam lectionem:

in ***auris.***

VII, 271: *ecce autem clamore ruunt Neptunia* ***plebes*** *Onchesti*

ita est in omnibus fere codicibus, in uno *pubes.* sed malo *proles.* primum enim, qui Thebas defensuri ab Argivis advenerunt, male plebes dicuntur, deinde Onchestii, auctore filio Neptuni Onchesto, a Neptuno orti esse traduntur ut

Neptunia proles

---

97) cf. Lohr de infinitivi usu apud Statium et Iuvenalem.

rectissime dictum sit. hanc phrasin praeoccupaverunt Vergilius (Aen. VII, 691. IX, 523. X, 353. XII, 128) et Ovidius (met. X, 639. XII, 72.), ubi proles ad unum quidem hominem spectat, sed:

Aen. IV, 236: *prolem Ausoniam.* Aen. X, 429: *Arcadiae proles*

idem est quod *pubes*, qua notione hic opus est.

VII, 733: *fas et me spernere Phoebum si tibi collatus Divum sator*

praebent nonnulli codd. ut Laur. Buslid. Lipsian. Taurin.; ex ceteris alii *fas est mihi*, alii (inter quos Reg. B (= P) est) *fas et mihi.*

cum his in verbis codices minime consentiant, ea lectio, quae optime sensui respondet, *fas est me*, restituenda est. *fas et me*, quod editores probaverunt, valde displicet. rectum enim esset *et*, si aut de diis omnino aut de Phoebo solo ageretur; sed cum Hypseus, Asopi filius, contra Lycorea, Phoebi sacerdotem, pugnaturus patrem cum Iove olim congressum roget, ut sibi auxilium numenque dextrae det, summum momentum in oppositione quadam eleganti vertitur: opponuntur Iuppiter et Phoebus — Asopus pater et Hypseus filius. neque est, quo melius quae vult confirmare possit Hypseus quam his verbis:

fas est me (sc. filium) *spernere Phoebum, si tibi* (sc. patri) *collatus Divum sator.*

huc accedit, quod in his phrasibus (aequum, par, iustum, fas, nefas est) verbum substantivum rarissime omittitur.

VII, 773: *dum tibi me iunctum mors irrevocata veretur.*

his verbis Amphiaraum cui auxilio venit sacerdotem, ut priusquam moriatur, quam maximam caedem faciat, inflammare studet Apollo. at mirum sane, quod

utere luce tua . . . dum tibi me iunctum

Apollo dicit: nam non ipse, quem a mortalium armis tutum esse scimus, sed Amphiaraus, qui Apolline socio inv[illegible]atus praedicandus est, versatur in periculo: an deum mo[illegible]r,

quod sacerdoti adiunctus est? quae insana et Statio indigna ut sanemus

dum tibi me iunctum

in *dum mihi te iunctum*

corrigamus necesse est.

VIII, 46: *pandam* (Pluto) *omnia regna, si placet, et Stygio praetextum Hyperiona caelo.*

ita praebent alii codices, alii *praetexam*, quam lectionem longe praeferendam esse intellexit Duebner.[98]) primum enim, ut obiectum *praetextum Hyperiona* ex verbo pandendi pendeat, quod zeugma vix ac ne vix quidem toleratur, nullo modo fieri potest. deinde, quicunque haec verba legerit, duas quas dicimus coordinatas sententias exspectabit, quarum altera, quae ex prima fiunt, significat; saepius ita iungunt sententias poetae.

VIII, 410: *Iuppiter omni* **arce** *tonat*

circumfertur in omnibus codicibus. quae utrum recta sint an falsa ut diiudicare possimus, significationes substantivi a r c i s accurate sunt perscrutandae.

Principalis vis quae inest in hoc substantivo nota est. translata significatione, qua in universum a e d e s vel s e d e s deorum exprimitur, plerumque a poetis adhibitum et in singulari et in plurali numero primum significat ea quae sunt in t e r r a t e m p l a:

Hor. carm. I, 2, 3: *dextera sacras iaculatus arces terruit urbem.* Theb. V, 100: *summasque ad Pallados arces.* Aen. II, 319: *arcis Phoebique sacerdos.*

Deinde nunquam nisi singulari numero idem sonat, quod d o m u s vel a u l a vel s e d e s deorum, quae in caelo factae potius finguntur quam conspiciuntur; itaque plerumque adiunguntur haec adiectiva:

e x c e l s a, c e l s a, s u m m a, s u p e r a.

exempla sunt haec:

---

98) quid *proetextam Hyperiona* in eo quem edidit Valpy textu valeat nescio.

Ovid. met. I, 163: *quae pater ut summa vidit Saturnius arce.* Ovid. am. III, 10, 21: *sideream mundi qui temperat arcem.* Theb. III, 246: *arcem hanc aeternam.* silv. III, 1, 136: *et ingenti dives Tirynthius arce despectat fluctus.*

Postremo, ut saepe pars pro toto ponitur, plurali numero adhibitum est pro toto caelo. neque tamen prorsus eandem vim haec substantiva habent, sed, quod efficitur ex ipsa quam alteram posui significatione, non iis locis, ubi de caeli plaga dicitur, qua vel in qua res caelestes fieri videntur, sed quibus, quae quasi trans caeli convexa sunt, quae hominum oculis non oblata ad deos pertinent, describuntur, hoc substantivum aptum esse exempla demonstrant. itaque ei haec adduntur adiectiva:

superae, summae, aetheriae

cf. Hor. carm. III, 3, 10: *arces attigit igneas.* silv. III, 3, 138: *qui nutu superas nunc temperat arces.* Theb. III, 222: *aetherias ad arces.*

neque unquam fit, ut, ubi describuntur tonitrua, fulmina similesque res caelestes, quae auribus vel oculis percipiuntur, locum habeat.

Quae cum ita sint, qua tueamur eo de quo agimus loco lectionem *omni arce tonat* nulla est ratio. correctione igitur opus est. ut autem perversum est substantivum arx, ita aptum duco *axe*, de quo nunc accurate est disserendum.

Hoc substantivum, ut usitatas omittam significationes saepe idem est quod cardo mundi, circum quem terra et caelum convertitur. quam ob rem non solum pro utroque terrae polo, per quos axis quasi linea ducta fingebatur, sed etiam pro iis quae axi proximae sunt caeli partibus dicitur:

Verg. Georg. III, 351: *Rhodope porrecta sub axem.* Verg. Georg. II, 271: *qua parte calores austrinos tulerit, quae terga obverterit axi.*

Inde profectus est is usus, secundum quem adhibetur ad significandum totum caelum atque id caelum, quod oculis videmus quasi extensum, quod Atlantis umeris ferri et torqueri putabatur, ut

axe vectus; sub primo, nudo, sereno, sup[illegible] axe

apud poetas legamus.

hanc caeli vim habet axis his locis:

Aen. IV, 482: *ubi maximus Atlans axem umero torquet stellis ardentibus aptum.* Aen. II, 512: *nudoque sub aetheris axe.* Aen. VIII, 28: *gelidique sub aetheris axe.* Met. I, 255: *longusque ardesceret axis.* Theb. III, 112: *nudoque sub axe iacentem.* Theb. III, 109: *manibus axis invius Ogygiis.* Theb. ·XI, 664: *nudoque sub axe relinqui.* Theb. VIII, 83: *astriferos inclinat Iuppiter axes.* silv. III, 3, 136: *si flammigeros teneret axes.* quibus duobus locis pluralis numerus positus est.

Ex his utriusque substantivi significationibus cum facile concludi possit, veteres axem id duxisse, in quo astra viderentur, unde fulmina et tonitrua emitterentur, verbum tonandi potius cum substantivo axis quam arcis coniungi planum est, id quod luculenter his quos elegi ex multis locis confirmatur:

Theb. V, 86: *quater axe sereno intonuit.* Theb. III, 225: *tonat axe polus.* Aen. V, 820: *sub axe tonanti.* trist. I, 2, 46: *quantus ab aetherio personat axe fragor.* f. III, 368: *et gravis aethereo venit ab axe fragor.*

V, 699: *Alipedi curru sed enim sublimis Adrastus*

Mueller contra omnes codices, qui *alipedum* praebent, coniectura Angli anonymi probata duobus locis:

Flac. V, 611: *alipedi . . . . curru.* Sil. Ital. VII, 700: *alipedem . . . currum.*

commotus in textum recepit. sed quamquam hos locos in hac re iudicanda non parvi momenti esse concedendum est, tamen multis ex locis:

Liv. I, 28: *in currum earum* (scil. quadrigarum). Cic. de div. II, 70: *currus quadrigarum.* Met. V, 360: *curruque atrorum vectus equorum.* Georg. IV, 389: *iuncto bipedum curru metitur equorum.*

substantivum currus a genitivo addito non abhorrere neque quicquam miri habere hunc casum in hac constructione manifestissime efficitur. accedit quod Statius ipse, qui primus consulendus est, quae lectionem codicum fide probatam tueantur, praebet multa. nomina enim alipedis et cornipedis, quae a Vergilio saepius et fere semper adiecti-

vorum modo adhibentur, in Statii carminibus nunquam adiectiva sed paene semper substantiva esse elucet ex omnibus locis, ubi leguntur;

alipes:

Theb. III, 428: *flatu gementum alipedum.* Theb. IV, 351: *alipedum iuga comere.* Theb. VI, 398: *alipedum conlata acies.* Theb. IX, 580: *armaque et alipedem notum.* Theb. IX, 206: *alipedem prona cervice tenebat.* Theb. XI, 198: *alipedem citum.*

uno loco:

Theb. VI, 558: *alipedumque fugam praegressus equorum.*

adiectivum est, quibus in verbis sui quasi dissimilis prope accedit ad Vergilium:

Aen. XII, 484: *alipedumque fugam cursu temptavit equorum.*

cornipes:

Theb. IV, 271: *cornipedem suetum.* Theb. IX, 693: *cornipedis ... armo.* Theb. IX, 874: *cornipedisque fugam.* Theb. VIII, 540: *cornipedemque equitemque.* Theb. XI, 518: *in aegrum cornipedem.* Theb. XII, 596: *hunc ... cornipedem.* Theb. VII, 760: *cornipedes corpora reflantes.* Theb. VIII, 157: *ipsi repugnant cornipedes.* Theb. VIII, 391: *flammantur in hostem cornipedes.*

reliqui loci hi sunt:

Theb. X, 155. X, 478. VII, 590. VII, 137. XI, 440. IV, 696. VI, 438. VI, 472.

Hi igitur omnes loci conveniunt codicum lectioni:

alipedum curru.

Tamen repugnare videtur usus substantivi currus apud Statium; quod primum legitur sine adiectivo his locis:

Theb. VII, 790. XII, 543. III, 414. III, 427. VII, 770. X, 175. XII, 298. III, 293. III, 222. IV, 220. VI, 283. VI, 344. VII, 70. VII, 58. VII, 725. VII, 356. VIII, 350. IX, 424. XI, 444. XI, 597. XII, 63. XII, 26. XII, 307. XII, 585. Achill. I, 79. I, 244. I, 415. I, 88. silv. IV, 3, 159.

deinde adiectivis adiunctis:

III, 430 (alto). III, 581 (fixos). II, 68 (infectos sanguine). IV, 241 (innumeris). IV, 656 (pampineos). IV, 811 (suis). VI, 25 [illegible] ifeQros). VI, 467 (errante). VI, 485 (fracto). VI, 520 (inanem) [illegible] 08 (Taenarii). VI, 506 (liber). VII, 58 (vacui). VII, 566 (vast[illegible] [illegible]

619 (rapidi). VII, 820 (rectos). VIII, 128 (insignis). VIII, 311 (uterque). VIII, 599 (citato). VIII, 174 (laurigeri). VIII, 403 (nulli). VIII, 98 (nostros). VI, 350 (imbuti sanguine). IX, 201 (soluti). IX, 311 (sublimi). IX, 656 (tenui). X, 212 (toto). X, 328 (maiore). X, 370 (pronis). X, 741 (proculcantes). X, 544 (falcato). XI, 414 (paventes). XII, 228 (flagrantem). XII, 520 (laurigero). XII, 641 (alto). XII, 734 (Edonos). XII, 524 (virginei). XII, 747 (quadriiugo). silv. II, 7, 55 (Thessalos). II, 7, 108 (arduis). III, 4, 36. V, 1, 105 (volucri).

Duobus locis solis genitivus possessivus, quem dicimus, occurrit:

Theb. IV, 223: *huius currus.* IX, 176: *currumque Adrasti.*

His exceptis genitivum casum nunquam apposuit Statius. sed haec causa vix firmior est quam illa argumenta quae supra attuli ad lectionem probandam. sane non magis ex iis quae currui per genitivum adiuncta supra vidimus substantivis ullum neque eodem neque alio casu appositum legitur. atque si codicibus fide habita genitivum semel positum sumimus, Livius Cicero Vergilius Ovidius Statius in eadem sunt condicione, nam illorum quoque quisque curru saepissime usurpato semel addidit genitivum.

VI, 612: *tunc liber nexu lateque in terga solutus (crinis) occursu zephyri retro fugit*

codicum consensu comprobatur. in cursus certamine Alcon, qui crines bello confecto Triviae dedicandos promiserat, coma ventis iactata ante Idam spatium rapit. atque cum iam paene ad calcem pervenerit, Idas, ut per dolum Alconem vincat, crines eius, quibus obviam in vultum actis retardabatur, reductos tenet, ut facili negotio eum praetervolet.

Cum, quod patet ex substantivo *occursus*, occurrentes ventos quasi pugnantes non male fingat Statius, crinem Alconis celerrimo motu volantis retro fugisse et quadam vi retro actum esse aptissime mihi dicere videtur neque cur Bentleium secutus Mueller mutaverit *retro fluit* adsequor. nam *crinis retro fluit*, id quod ex loco Propertii II, 3, 13:

de more comae per levia colla fluentis,

quem perverse Mueller ad coniecturam tuendam affert, aliisque apparet, ad immotos homines et tarde euntes, ad festinantes *crinis retro fugit* pertinet.

Sed verbis ipsis, quae antecedunt et quae sequuntur, emendatio Bentleii reicitur: illa ego quidem ita intellego, ut crinis, ante cursum

in terga solutus = fluens = *per levia colla fluens* (cf. Prop.),

cum zephyrus occurrat, retro agatur, neque ad idem temporis momentum *in terga solutis* et *retro fugit,* quae verba prorsus diversa significare necesse est, spectant; haec:

volans obtenditur Idae (v. 613)

quin multo magis pro retro fugit quam pro retro fluit loquantur quis est, qui dubitet?

Quae argumenta cum tam gravia sint, quamquam locos, ubi similis sit usus fugiendi verbi, non habeo, lectio codicum genuina videtur esse.

VII, 272: *quos pinigeris Mycalessos in agris*

perperam tradunt codices: nam genus dicendi, quo utuntur poetae Romani, sine dubio postulat

piniferis.

Sed ut de hoc loco rectum faciamus iudicium, de adiectivis in

—fer et —ger

desinentibus quamque vim utraque habeant, accuratius quaerendum est.

Consentiunt haec adiectiva, si signific[illegible]es respicimus, in eo, quod idem fere valent quod adiectiv[illegible]ditus, instructus, vestitus, onustus aliqua [illegible] si[illegible]us ea discernimus, ita inter se differunt, [illegible] di[illegible] — [illegible] quodammodo arte cohaereant cum iis [illegible]us, contra adiectiva in —ger nih[illegible]rto loco, non cur vel unde ita [illegible]us exprimam, adiectivis in —fer [illegible]to

artius ad id cui adiuncta sunt substantivum refertur quam adiectivis in —g e r.

Atque ut ab adiectivis in —f e r ordiar, ea primum tracto, in quibus omnibus est —f e r = g i g n e n s e t h a b e n s; substantiva quae apponuntur uncis includo:

h e r b i f e r (colles, Acis fluvius Siciliae). — p o m i f e r (arbor, ramus, autumnus). — p o p u l i f e r (Padus, Spercheus). — p i n i f e r (Maenalus, caput Atlantis, Ida). — u v i f e r (arva, glebae). — t u r i f e r (regio, silvae). — f r u g i f e r (ager, terra, arva). — a r m i f e r (arvum Sen. Med. 468, ubi arma = armati; praeterea multis locis = arma gerens). — b u x i f e r (Cytorus mons). — b a c i f e r (hedera, taxus). — c o n i f e r (cyparissi). — c y p a r i s s i f e r (Lycaeus). — f l o r i f e r (saltus). — f r o n d i f e r (domus, silvae, nemus, loca). — f r u c t i f e r (arbores). — l a s s e r p i c i f e r (Cyrenae). — l a u r i f e r (tellus; iuventa i. e. laurum gerens). — l e n t i s c i f e r (Linternum). — m o n s t r i f e r (campi). — n a r d i f e r (Ganges). — o l i v i f e r (arva). — p a l m i f e r (Padus, Paros, Idume). — p a p y r i f e r (Nilus). — s e r p i l l i f e r (catinae). — v i n i f e r (vitis). — v i t i f e r (collis, mons, arbores). — g l a n d i f e r (quercus). — a u c t i f e r (terrae). — e l e c t r i f e r (alnus). —

nec dissimilia adiectiva sunt haec:

b i f e r (ficus). — a n n i f e r (arbores). — t r i f e r (ficus, vites). — m u l t i f e r.

Alterum genus horum adiectivorum iis additur substantivis, quae efficiunt vel afferunt vel movent notionem adiectivi substantivam. in his igitur est —f e r = m o v e n s v e l e f f i c i e n s. sunt autem haec:

s p u m i f e r (fons, amnis, fluctus). — s e n s i f e r (motus). — a e s t i f e r (ignis, canis). — f a t i f e r (ensis, arcus, ferrum). — l e t i f e r (arcus, manus, ictus, anguis). — f e t i f e r (Nilus). — h o r r i f e r (aquilo, boreas, nix; prodigia i. e. terrorem moventia). — i m b r i f e r (ver, caelum). — o p i f e r (deus, fortuna). — f l e t i f e r (truncus). — l u c t i f e r (bubo, vultur). — n u b i f e r (eurus). — p a c i f e r (Iuppiter, Cyllenius). — p e s t i f e r (odor, fames, bellum, ignis, manus). — s a l u t i f e r aquae, herbae). — l e g i f e r (Ceres, Moses). — b e l l i f e r (Italia). — a n x i f e r (curae). — a u s t r i f e r (vertex). — m o r b i f e r (labes). — o d o r i f e r (flores). — p a l u d i f e r (aquae). — p o r t e n t i f e r (venenum). — s a n i f e r (virtus). — s o m n i f e r (vis papaveris, virga, venenum). — s u d o r i f e r (vapores). — v a p o r i f e r (Baiae, fornaces). — u m b r i f e r (platanus, rupes). — v u l n i f e r (caput, imbres). — l u c i f e r (equi). — n i m b i f e r (nubes). — n o c t i f e r (subst.). — r o r i f e r (umbrae, biga). — s o l i f e r (plaga). — s o r t i f e r (Iuppiter). —

Omnia haec adiectiva, quae adhuc tractavimus, omissa notione substantiva, cum eam vim habeant, quae propria est verbi ferendi, nunquam ullo modo confundi possunt cum adiectivis in —ger. haec toto genere disiungenda sunt. sed sicut verba ferendi et gerendi in nonnullis significationibus inter se fere consentiunt, ita cetera adiectiva in —fer prope accedunt ad adiectiva in —ger, primum eo, quod significant instructum, ornatum esse aliqua re. in his igitur —fer fere idem valet quod exitus in —atus eorum adiectivorum, quae plerumque derivata sunt a substantivis primae declinationis:

armifer (Mars, Minerva). — bipennifer (Arcas, Lycurgus). — blattifer (senatus). — ensifer (Orion). — flagrifer (Automedon). — falcifer (manus, currus, covinnus). — ignifer (axis, sidus, fulmen, aether). — stellifer (caeli cursus). — spicifer (Ceres). — signifer (aether, caelum, polus). — anguifer (caput Medusae). — astrifer (axis). — caducifer (subst. = Mercurius). — colubrifer (monstrum, collum). — candelifer (Diana). — cornifer (cervi). — cruentifer (signa). — dulcifer (fici). — gemmifer (corona, amnis). — nivifer (valles). — peltifer (puellae). — securifer (Pyracmon). — taedifer (dea = Ceres). — tridentifer (Neptunus). — racemifer (Bacchus). — soccifer (Menander). — spinifer (pruni). — squamifer (orbes, turba). — sagittifer (pharetra). — venenifer (palatum). — margaritifer (conchae). — metallifer (terra). — ostrifer (Abydus). — taurifer (campi). — aerifer (manus). — turrifer (corona). — velifer (carina). — hastifer (subst.). — lampadifer (subst.). — serpentifer (Seriphus). —

Denique proferenda sunt ea adiectiva in —fer, in quibus notio verbi servavit simplicem et principalem significationem verbi ferendi, qua valet: aliquid secum portans, nulla alia notione adiuncta:

cistifer (subst.). — crucifer (= Christus). — flabellifer (subst.). — gorgonifer (= Perseus). — imaginifer (subst.). — lactifer (Silvanus). — lignifer (subst.). — linifer (Silvanus). — loricifer (subst.). — montifer (Titanis). — olorifer (Padus). — pecudifer (Silvanus). — sacrifer (vates). — sceptrifer (manus). — vexillifer (subst.). — caelifer (Atlas). — mellifer (apes). — nubifer (rupes). — signifer (subst.) — castifer (subst.). —

Cum qui portant saepissime sint hom[illegible] hac re,

quod plerumque, factum est, ut vim substantivam paulatim adipiscerentur adiectiva.

Sequitur, ut de adiectivis in —ger disseram atque quae propria sint utriusque adiectivorum generis comparando illustrem.

Plurima adiectiva in —ger eam habent cum adiectivis in —fer communem significationem, ut fere nihil differant ab adiectivis quae supra commemoravi in —atus. neque hoc mirum est, nam ut ferre ita gerere saepe idem est, quod instructum esse:

aliger (nuntius, agmen, Amor). — armiger (corpus). — astriger (axes, coniux). — auriger (taurus). — barbiger (pecudes, capellae). — claviger (Hercules). — corniger (taurus, cassis). — ensiger (Orion). — flammiger (Titan). — fontiger (numen). — lauriger (Phoebus). — liniger (iuvenca). — palmiger (Nemea). — pelliger (Clodovaeus). — penniger (genus animantium). — pharetriger (rex). — plantiger (siliqua). — plumiger (anseres). — sagittiger (subst.) — sceptriger (Laius). — scytalosagittipelliger (= Hercules). — securiger (puellae). — serpentiger (Gigantes). — setiger (sus). — silviger (montes). — squamiger (cervices; subst. = piscis). — teliger (Amor). — thyrsiger (Lyaeus). — tricorniger (furca. agitur de littera ψ). — tridentiger (Neptunus). — turriger (urbes). — velliger (= Aries). — urniger (puer; germanice = Wassermann). — pinniger (corpus). — piniger (Simois, Fauni caput). — criniger (Cayci). — floriger (labor, sedes). —

Deinde sicut in illis adiectivis fer, in his ger significat: efficiens, ut verbo afferendi, ex quo orta est efficiendi notio, quodammodo respondeat verbum aggerendi. sed iam ex simplici verbo patet haec vis:

fraudiger (suadelae). — honoriger (nota virginitatis). — salutiger (Iuppiter, ortus). — somniger (cornua Lunae). — spumiger (sus, lupi). — triumphiger (bella). — votiger (ferrum). — famiger (= nuntius).

Tum, quod in notione portandi verba ferendi et gerendi fere consentiunt, ea quibus est haec notio verbalis adiectiva eandem habent significationem:

armiger (subst.). — caeliger (Atlans). — flammiger (ales). — libriger (subst.). — naviger (mare, iter). — penatiger (Aeneas). — plagiger (genera hominum). — veliger (mare). —

inde fit, ut ab eodem substantivo derivata sint adiectiva in —ger et —fer, quibus eadem est significatio.

Haec adiectiva in —ger prope accedunt ad adiectiva in —fer; pauca sunt, quae discrepent.

Primum enim nonnullis in adiectivis in —ger inest vis ducendi vel agendi, quam habet verbum gerendi:

mundiger (*axis*). — *lymphiger* (*amnis*). — *roriger* (*alae*).

Deinde mirum in modum passive dicta sunt haec duo adiectiva:

pistriger (*Triton*). — *fluctiger* (*paro*);

adiectivum

belliger

aliis locis, ubi notio gerendi sumpta est ex locutione *bellum gerere*, non multum differt a belligerans; cf. Ovid. Trist. III, 11, 13 (gentes), Sil. Ital. I, 38 (Hannibal), III, 124 (viri), Stat. Achill. I, 504 (numen); aliis locis idem valet quod genitivus belli.

Incerta est lectio in his adiectivis: igniger, monstriger, pulliger, sortiger; coniger adiectivum corruptum duco ex conifer ex causis, quas infra afferam.

Hac quaestione instituta, quibus in significationibus consentiant, in quibus discrepent haec adiectiva, satis intellectum puto; atque ut alia omittam, luce clarius est numquam eam de qua primum exposui gignendi notionem adiectivorum in —fer inesse in adiectivis in —ger, nunquam haec confundi posse cum illis, quae, ubi non solum de ferendo sed etiam de procreando agitur, suum locum habent.

Quoniam igitur, ut eo redeam unde profectus sum, pinifer nihil aliud esse potest quam

pinus (arbores) et gignens et f[illegible]

hoc adiectivum ubicunque legitur ad loc[illegible] necesse est. atque haec, quae iam ex similibus [illegible] numeravi adiectivis efficiuntur, om[illegible] ipsi lo[illegible] [illegible] pinifer, comprobant:

silv. III, 4, 12: *pinifera I*[illegible] IV, 2[illegible] *Atlantis*). — aen. X, 708: *Vesulus* [illegible] ecl. X, [illegible] —

Ovid. ex Pont. I, 8, 43: *piniferis in collibus.* — Auson. Idyll. IV, 21: *pinifer Atlas.*

Quam ob rem, cum ubicunque de locis pinis vestitis dicitur, adiectivum pinifer et postuletur et inveniatur, sequitur, ut pinus in piniger adiectivo aliud atque arborem, quam dicimus germanice Fichte, significet. quod docent omnia exempla. primum enim, cum pinus esse possit corona pinea, piniger idem est quod: pinea corona instructus:

Ovid. Fast. III, 84: *pinigerum Fauni caput.*

deinde fluminibus similibusque rebus adiunctam cum pinum Statius habeat pro nave, piniger significat naviger:

Theb. XII, 225: *pinigeri Simoentis.* | Theb. VII, 97: *pinigero . . . Lechaeo,*

quem locum quamquam sunt qui interpretentur: litore portus Lechaei pinea silva vestito, tamen rectius exponimus: portu Lechaeo navibus pineis referto, nam corpus Palaemonis vel Melicertae, Athamantis et Inonis filii, ad quem illa verba spectant, ad Lechaeum maris fluctibus appulsum est neque vero de Isthmo, ad quem referatur piniger = pinea silva vestitus, apte cogitari potest.

Quae cum ita sint, nullo modo fieri potest, quin in versu Papinii Theb. VII, 272 verba

pinigeris in agris,

de quibus agitur, corrigantur in

piniferis in agris.

Neque minus quam hic locus ille

Val. Flacc. VI, 393: *piniger Othrys,*

cum postuletur pinifer, corruptus est. ex Argonauticis quidem ipsis nulla argumenta afferre possumus, cum unico loco piniger, nullo pinifer legatur; sed cum non sit, cur hic poeta ab omnium Romanorum genere dicendi decesserit, pinifer scribamus oportet. Denique num

Cat. LXIV, 106: *conigera pinus*

rectum sit vehementer dubito; ex iis causis, quas explicavi, et ex

Verg. Aen. III, 680: *coniferae cyparissi*

conifera scribendum esse suspicor, cum coni nascentes in pinis ab iis non tam g[e]rantur quam ferantur.

IX, 345: *tardavitque manum, vulnus tamen illa retentum pertulit, atque animae tota in penetralia sedit.*

quae ad verba Barth: »*manuscripti aliqui mutant in receptum, sed allucinantur; neque sic optimus noster.*« verba depravata esse mihi constat. cum enim, quod in primo enuntiato obiectum, subiectum esse necesse sit in secundo et tertio, *manum* perversum est. neque aliam habeo emendationem quam *hastam*, quod substantivum ad sensum aptissimum exemplis his comprobatur:

aen. X, 783: *hastam iacit: illa per orbem . . . terga tribusque transit intextum tauris opus imaque sedit inguine, sed viris haut pertulit;* — aen. XI, 803: *hasta sub exertam donec perlata papillam haesit;* — aen. XII, 907: *nec spatium evasit totum neque pertulit ictum.*

Atque in Thebaide ipsa est locus simillimus, qui coniecturae probabilitatem auget:

Theb. XI, 501: *illa (hasta) viam medium clipei conata per orbem non perfert ictus atque alto vincitur auro.*

Spondei hac emendatione aucti neque alieni sunt a Statii arte neque obstant sensui; quin etiam rem quae narratur optime pingunt.

X, 107: (*antra*) *soporifero stipatos flore tapetas incubat;*

offendo in accusativo casu ex verbo incubandi pendente, nam hoc verbum esse intransitivum cum notum est tum apparet ex his locis, quibus occurrit apud Papinium:

Theb. XI, 698: *incubo terrae.* — Theb. X, 303: *miseris deus incubat.* — silv. II, 3, 55: *incubat stagnis.* — silv. III, 4, 25: *salutifero angui incubat.* — silv. V, 1, 201: *incubat amissae.* — silv. I, [illegible] Theb. IV, 809: *incubuere vadis.* — silv. I, 2, 83: *ulli vehementior* [illegible]

His et inprimis loco Thebaidos huius [illegible]o:

II, 123: *dirique nepotis incubuit stratis*

permotus cum editoribus veteribus *stipati*[illegible]*etis* scr[illegible]

bendum esse censeo. affert quidem ad tuendam codicum lectionem Gronovius locum:

Theb. VI, 576: *tunc Palladios non inscius haustus incubuit,*

sed hoc, cum sensus prorsus alius sit et *incubuit* satis mire dictum sit, nihil demonstratur. neque eo quod Theb. II, 91 *tapetibus* legimus, *tapetis* suspectum redditur: nam Vergilius quoque et *tapetis* (Aen. VII, 277) et *tapetibus* (Aen. IX, 325) dixit.

X, 362: *comitem circumspicit olim mens humilis luctu*

in codicibus.

Verba facit Dymas, qui ab Hopleo amico suo admonitus, ut secum corpora Tydei et Parthenopaei regum in castra reportaret, idem quidem consilium habuisse sed comitem quaesivisse se affirmat. illud *nunc* igitur in verbis *sed nunc prior ibo* (v. 363) non respicit ad *olim* sed ad sententiam omissam; hoc dicere vult: *nunc*, cum mihi sit comes, ut praestem quem habeo ardorem, prior ibo. quam ob rem cum verbis:

comitem circumspicit olim mens humilis luctu

causa contineatur, cur consilium nondum perfecerit, quid sibi velit *olim* et si ita legitur praesens tempus, nescio. contra si

omnis

emendamus, locum communem, cui aptissimum est tempus praesens, haud male affert Dymas, quo moram excuset.

XI, 175: *vidi ego me propter ruptos telluris hiatus*

legitur in optimis codicibus, neque video, cur praeferendum sit *egomet*, quod ex nonnullis receperunt editores. nam *me propter* desiderat sensus neque, cum propter saepe ita collocetur, (cf. Lucr. I, 316: *portas propter*. — Tacit. a. XV, 47: *viam propter natus*. — Acc. ap. Non. p. 417, 12: *te propter*. — Cic. Att. 10, 4: *quos propter*. — Cic. Pis. 7, 15: *quem propter*. — Tac. a. IV, 48: *hostem propter*. — Plin. X, 40: *sucum propter*) improbant grammatici.

Corrupta autem videntur verba, quae omnes codices tradunt, *ruptos telluris hiatus*: sane rupti sunt omnes hiatus.